1. Sanchez = Petro Hieronimo = Speculum Veteris et novi testamenti = Caesaraugustae: Robles: 1597
2 Alegacion por el Duque de Sanlucar contra el Marques de Leganes sre. el estado de Sanlucar.
3. Por D. Domingo de Guzman en id.
4. Por el Duque de Medina Sidonia en id.


SPECVLVM VETERIS ET NOVI TESTAMENTI,

IN QVO PARAPHRASTICO SERMONE, COMMENTARIO etiam methodico & compendioso: ea omnia quæ continentur in tota sacra & diuina Scriptura, summa cum harmonia & correspondentia, dilucidissime explanantur.

OPVS SANE, OMNIBVS SAPIENTIBVS VTILE, & diuini verbi concionatoribus, non mediocriter necessarium; sacrâ etiam cupientibus adiscere legem, vehementer & maxime commodum.

AVTHORE PETRO HIERONYMO SANCHEZ de Liçaraço, sacræ Theologiæ & vtriusq; Iuris professore.

Ianua sum cunctis, superam cupientibus arcem:
Nec sine me quisquam, rite peritus erit.



Cum licentia & priuilegio.

CÆSARAVGVSTÆ.

Apud Laurentium Robles, Regni Aragonum & Uniuersitatis Typographum.

M. D. XCVII.

PVLCHERRIMVM, ARTIFICIALE, ET SVBTILISSIMVM, VETERIS TESTAMENTI EXEMPLAR, ET SPECVLVM; IN QVO SINGVLORVM LIBROrum, & capitum eiusdem intentio, harmonia etiam, cum tota Euangelica lege, apparet atque percipitur.

Inuisibili, soli, sacro, & vnitrino Deo, optimo maximo, & sanctissimo; Petrus Hieronymus Sanchez de Liçaraço; Methodicam istam sciographiam, & tabulam offert.

SACRVM, & incomparabile, vtriusq. diuini Testamenti donum, Pater sanctissime, à te, qui omniũ bonorum largitor es emanasse, Ecclesia sancta decernit: & eius studium & cognitio, vt bene D. Thomas super secundam Epistolam ad Timotheum docuit, quinq. præcipuos habet effectus. Veritatem docet, arguit falsitatem, eripit à malo, ad bonum inducit, & ad perfectum perducit statum: ideo quilibet in his literis progressus, salutẽ nobis operatur. Si enim vt sacer in prologo super Esaiã scribit Hieronymus, Christus iuxta Paulum, Dei virtus, & sapientia est: qui nescit scripturas, quæ Christum demonstrant: Dei virtutem, eiusq. sapientiam nescit: & ignorantia scripturarum, ignorantia Christi est. Inde suprema & immensa tua maiestas, homines ad scripturarum studium adhortans. 11. cap. Deuteron. ait: Ponite hęc verba in cordibus & animis vestris, & suspendite ea, pro signo in manibus, & inter oculos vestros collocate: & docete filios vestros, vt illa meditẽtur: quando sederis in domo tua, & ambulaueris, & accubueris atq. surrexeris, scribes ea super postes & ianuas domus tuæ, vt multiplicentur dies tui, & filiorum tuorum super terram. Quæ verba (si recte intelligantur) non solum ad Iudæos, sed ad nos quoq. diriguntur, vt idem ac melius capiamus præmium. Hanc percipiens veritatem idem insignis, & primus Ecclesiæ sacræ Doctor Hieronymus, Demetriadem virginem his commonebat verbis. Sacræ, inquit, scripturæ, sint semper in manibus, & iugiter mẽte voluantur: nec sufficere tibi putes, mandata Dei memoriæ tenere, & operibus obliuisci: sed ideo illa cognosce, vt facias quidquid didiceris. Ibidem quoq. hanc prosequens materiã ait, diuinas scripturas sæpè lege: imo nunquam de manibus tuis sacra lectio deponatur. in scripturis diuinis, per quas solas potes planè Dei intelligere voluntatem. Cuius vtilitatis, in præfatione Pauli ad Ephes. memor dicit. Si quidquam est, quod in hac vita sapientem virum teneat, & inter præsuras & turbines mundi, æquo animo, manere persuadeat: id esse vel primũ reor, meditationem & scientiam scripturarum, cum enim à cæteris animantibus, hoc vel maxime differamus, quod rationale animal sumus & loqui possumus: ratio autem & sermo diuinis libris contineatur, per quos & Deum discimus, & quare creati simus non ignoramus: miror quosdam extitisse, qui aut ipsi se inertiæ & somno dantes, nolint quæ pręclara sunt discere, aut cæteros qui id studij habeant reprehendendos putent. Quibus (ait sanctus iste Doctor) cum possim districtius respondere, & breuiter eos, vel offensos dimittere vel placatos: dico multo esse melius scripturas legere, quam augendis & cummulandis opibus inhiare. Quod & Salomon 3. Prouerb. cap affirmat dicens, beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia. Melior est acquisitio eius negotiatione argenti, & auro primo fructus eius, preciosior est cunctis opibus: & omnia quę desiderantur huic non valent comparari. Gratias ergo tibi Domine humili & grato corde reddimus, qui tanto nos afficere beneficio dignatus es, gratias tibi agimus, quod tot ac tantos grauissimos doctores & sanctos, qui viam nobis ad discendum aperirent misisti: gratias in te, & pro te, reddo illis, à quibus methodicum istud schema, potui satis prolixo labore ad illustrandam mentem haurire. Hoc quodcũque sit opus, sacratissimo nomini tuo dicatur, vt legi & vinculo, quo tibi cuncta debentur satisfaciam. Tuum erit iniquorum audaces & mordaces linguas compescere, & indignum seruum tuum sub alarum tuarum vmbra protegere, animos legentium, ad veritatis amorem & verę dilectionis studium dirigendo: vt sic per lumen sacrę scripturę homines illustrati, ad veram sapientiam quę Christus est, peruenire valeant.

OBSERVATIO AD LECTOREM.

OMNIS Præsentium tabularum, & istius methodi structura, consistit in hoc, quod totum vetus testamentum, his quinque columnis, quindecim sequentibus paginis contentis, includitur, & vnaquæque columna tres continet paginas, in quarum media lectio semper incipit. Prima autem columna Isagogem, seu introductionem, ad cognitionem sacræ scripturæ, generalem etiam librorum, antiqui instrumenti distributionem repræsentat. Secunda libros legales eiusdem patefacit: tertia hystoriales explanat, quarta sapientiales declarat: & quinta prophetales libros euulgat, quo etiam ordine nouum testamẽtum, summa cum harmonia & correspõdentia explicatur: quod ipsis oculis apertissime cernes si has quinq. sequẽtes colũnas per ordinẽ expãdas.

Prima columna.

Biblia, quæ significat totum opus, quod in libris, tam veteris, quam noui testamenti continetur.

Liber Domini prout veteris tantum instrumenti volumina cõprehendit, qua ratione dicitur.

Liber vitæ scriptus.
- Intus, quoad intellectũ mysticũ & latẽtẽ.
- Foris quoad sensum literæ historicum, & patentem, de quo Apocal. 5.

Generaliter.
- Mandatum.
- Iustificationes.
- quæ vt pulchre di[...] — Cõueniunt [...]

Vetus testamentum, quod significat pactum vel placitum, inter viuos factum: quo sensu pactum, à Iacob & Labam. Genes. 31. factum, dicitur testamentum, quod hic nihil aliud est, quã noui instrumenti prophetia, vt Augustinus contra Faustum innuit lib. 15. c. 2. Ideo sic dictum, vel quod temporalium rerum promissiones contineat, vel quia per nouum aboleatur. idem contra Faustum lib. 4. c. 2. Quod & dicitur, lex Moysi, quia primam eius partem instinctu Dei, edidit Moyses, alias vero partes prophetæ & sancti. Amissum est autem vetus testamentum in expugnatione Babylonica, sed restitutum est per Esdrã velocissimum scribã, Athanasius in Synopsi de sacra scriptura. Asseruatum est tamẽ ab Nicephorus lib. 4. c. 15. Eusebius lib. 5. c. 8. Hebræis, & in summo precio habitum, quorum beneficio, ad Christianam peruenit Ecclesiam: non ad consequendas illas temporales promissiones, sed ad intelligendas in eis noui testamenti prænuntiationes: ve[...] dicit Augustinus lib. 4. contra Faustum. Secundo ne [...]

Canon seu regula, quia recte.
- Ducat, nec vnquã aliorsum trahat.
- Regat, & quasi normam viuendi pręscribat.
- Distortũ prauumq. admodũ regulæ corrigat, vnde ipsa scriptura est lidius lapis ad.
  - Veram doctrinam sectandã.
  - Errores & praua dogmata eliminãda.
  - Carauajal de restituta Theologia cap. 12.

Verbum Dei, vel sermo & doctrina ab ipso Deo, humano generi de rebus diuinis promulgata, quod alias etiam mandatum, vel præceptum diuinum dicitur Psalmo 118.

Testamentum nam vt clausum & infirmũ est testamentum quandiu viuit testator. ita teste Lactantio, lex vetus fuit antequam noua adueniret, & traderetur à Christo.
- Infirma, quia neminem ad perfectum vnquam duxit Hebræor. 7.
- Clausa ob prophetias & figuras, quæ ante mortem Christi vix intellegebãtur. Luc. 24.

Instrumentum D. August. epist. 2. contra Pelag. melius putat dici, quam testamentum sacra scriptura, vel
- Quia ea instruitur, quisq. ad salutẽ, vt sciat, quid credere, quid sperare, quidve agere debeat. Ioannis Driedo lib. 1. cap. 1.
- Quod ea authẽtica probatissimis scriptoribus, ac testibus obsignata sit, nec vlla falsitate suspecta.

Causam.

Efficientem.
- Principalem omnis boni author Deus, seu Spiritus sanctus.
- Instrumentalem.
  - Moyses, qui legẽ in mõte Sinai suscepit.
  - Prophetæ qui à Deo illuminati & missi sunt.
  - Esdras, qui post Iudęorũ captiuitatem deperditas scripturas reparauit.
  - Septuaginta interpretes, qui dispensatione Dei scripturas explicarunt.
  - Apostoli, qui eas à Christo susceperunt, & per orbem disseminauerunt, quarum septem factæ fuere versiones.

Prima versio fuit. 72. interpretum, qui cum Hebræi essent, seni electi ex vnaquaq. tribu diuinã scripturam sub Pth† olomeo, Philadelpho, interpretati sunt. 230. annis ante Incarnationem Christi.

Altera fuit versio Aquilæ, qui cum Sinopæ Ponti, ortus & Grecus esset, Hierosolymis baptizatus est. Postea vero reprobato Christianismo Iudæis se se coniunxit, & diuinam scripturam peruersa ratione vertit, sub Adriano Rege. 330. post Septuaginta interpretum versionem annis.

Tertia Simachi. hic cum Samaritanus esset, nec populo suo acceptus, propter ambitionis morbũ haberetur, ad Iudæos se se recepit, ac secundo circuncisus est, & vt Samaritanos subuerteret vertit, & ipse diuinas literas, sub Seuero rege annis post versionem Aquilæ. 56.

Quarta versio fuit Theodotionis Ephesij, qui cum primum hæresi Martionis Pontici fauisset, postea assectatoribus illius hæresis succensus, & ipse sacram scripturam, sub Cõmodo Rege, eo ipso tempore quo Simachus ad subersionem prædictæ hæresis interpretatus est.

Quinta interpretatio tunc fuit, quando abscondita scriptura Pithis inuenta est, sub Antonio Rege Caracalla dicto, in Hierico, à quodam ex illis, qui Hierosolymis pietate vacauerant conflata est.

Sexta & ipsa Pithis inuenta est, antea sub Alexandro Mameæ filio, Nicopoli Septentrionali à quodã Origenis familiari composita.

Septima fuit sancti Luciani, qui hebraicos libros correxit, & Christianis fratribus edidit, qui post ipsius martyriũ sub Diocletiano & Maximiano, propria ipsius manuscripti inuẽti sunt Nicomedię, sub cõstãtino Rege Magno, apud Iudęos in pariete armarij calce circũlito, vbi custodiebãtur. Athanasius in Sinopsi diuinę scripturę, Euthimius in prędatione ad Psalm. & glossa in præfatione Biblię.

Nouissime superueniens B. Hieronymus peritus in tribus linguis, Hebraica nempe, Gręca & Latina, primo correxit translationem 72. interpretum in Latino, cũ astericis & obelis. Postea vero transtulit immediate Bibliam de Hebræo in Latinum, sine astericis & obelis: & hac translatione nunc vtitur Romana tota Ecclesia, licet non in omnibus libris. Et ipsius translatio merito cæteris ante fertur, quia est verborum tenacior, & perspicuitate sententiæ clarior. In præfatione Bibliæ. de canonicis & non canonicis libris Isidorus de offic. Ecclesiast. lib. 1.

Materialẽ.
- Ex qua — Spiritu & litera. — Paulus secunda Corinth. cap. 3.
- In qua, impressa enim est in — Membranis. Cordibus hominũ. — Pau. epist. & c. citat.
- De qua, alias namq. agit sacra scriptura de Deo.
  - Patre vt creatore.
  - Filio vt redemptore.
  - Spiritu sancto vt gubernatore.
- Circa quam nam sacra pagina versatur.
  - Primo circa. — Hominis lapsum. Creationẽ orbis. Reparationẽ eiusdẽ. — Carabajal, de restituta Theol.
  - Secũdo circa. — Legem & gratiã. — Romanorũ 3. & 7.

Formalẽ, in collocatione librorũ, in sententiarum dispositione, & verborum contextu. ibi notatur modus
- Procedendi in vtroque testamento.
  - Monendo. Promittẽdo. Minando. — & sic est — alta. recta. terribilis. — Grego. hom. 6. super Ezec.
- Intuendi libros. Sanctos notando quæ ibi.
  - Intimentur æterna.
  - Facta narrentur.
  - Futura prænuntientur.
  - Agenda præcipiantur.
  - August. lib. 1. de Genesi ad literam cap. 1.
- Legendi sacram scripturam, & aduertendo, quia ibi
  - Prohibentur mala.
  - Præcipiuntur bona.
  - Conceduntur media.
  - Suadentur perfecta.
  - Hieron. ad Demetriadem.

Decreto tamen sacri Concilij Tridentini hęc vltima approbata est, quæ continet
- In testamẽto veteri, libros.
  - Gen. Exod Leuit. Num. Deut. Iosu. Iudic. Rut. quatuor Regũ, duo Paralipom. Esdr. 1. & 2. Tobias. Iudic. Ester. Iob. Psalterium David centũ & quinquaginta Psalmorũ. Parabolæ. Ecclesiastes Cãtica. Sap. Eccl. Isai. Hiere. Baruc. Ezec. Dan. Osea. Ioel. Amos. Abdias. Ionas. Michæas. Naum. Abacuc. Sophonias. Aggeus. Zacharias. Malachias. duo quoque libri primus & secundus Machabæorum.
- In testamẽto nouo libros.
  - Euangelium Matthæi. Euangelium Marci. Euangelium Lucæ. Euangelium Ioannis. Actus Apostolorum, à Luca Euangelista conscriptus quatuordecim epist. Paul. scilicet ad Rom. vna. duę ad Corin. ad Galat. vna. ad Ephes. vna ad Philipp vna. ad Coloss. vna duę ad Thess. duę ad Timoth. ad Titum. vna ad Philem. vna ad Hebręos. vna, Pet. Apost. duę Ioã. Apost. tres Iaco. Apost vna Iudę Apost. vna. & Apoc Ioã. Ap. Quos libros pro Canonicis haberi Cõc. Trid. ses. 4. decernit.

Finalem, nam in.
- Literis diuinis constituntur bonis præmia vitæ æternæ, malis autẽ damnationis perpetua pœna Ioan. 15.
- Sacra scriptura consistit partim in
  - Speculatione, qua inquirit Dei naturam, potẽtiam & proprietatem.
  - Praxi seu actione earum rerum, quæ sunt necessariæ ad bonos mores, & bene viuendi rationem.
- In scripturis sanctis quædã considerantur sic
  - Posita vt tantum sciantur, & credantur, vt in principio creauit Deus cælum & terrã, & alia quæ cognoscenda solum ponuntur.
  - Iussa vt obseruentur, & fiant, vt honora patrem tuum.
  - Prohibita ne fiant vt non mœchaberis, &c.

Sacra scriptura consideratur primo, quoad

Definitionem.

- Propriam
  - Explicitam, sacra scriptura dicitur eloquium diuini spiritus, loquentis per Prophetas & Apostolos sibi inuicem succedentes, quod communi totius Ecclesiæ consensu, in numerum & ordinem sacri Canonis receptum est.
  - Implicitam & contractam, sacra scriptura est ratio & sermo de Deo, quæ vno nomine Theologia dicitur.
- Largam & amplam, qua ratione ab Hugone lib. de arca Noe dicitur liber vitæ, cuius origo est æterna, essentia incorporea, scriptura indelebilis, aspectus desiderabilis, doctrina facilis, scientia dulcis, profunditas inscrutabilis, verba innumerabilia.

Sensum, habet enim propriam & translatam significationem, verba scripturæ, vnde sunt iii. ea.

- Sensus literalis & historicus, seu grammaticalis, vt sonat: quo sensu Hierusalem denotat ciuitatem terrestrem, & pertinet ad cognitionem: in quo commemorantur, quæ diuinitus, aut humanitus gesta sunt, vt cum Christus Matth. 12. docet ex primo Samuelis 21. quod Dauid comedit panes propositionis, ibi solum factum attenditur: & hic sensus est prima mensa parata simplicibus & doctoribus, iuxta illud Psalm. 22. Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos, qui tribulant me.
- Sensus allegoricus, qui si idem, seu ea quæ credenda sunt, & ad corpus mysticum refertur: docet figurate dicta esse intelligenda, quæ proponuntur, vt 1. Corinth. 10. historiam Exodi narrat Apostolus, hysto iam fuisse populi Christiani, & patribus omnia contigisse in figuris: vnde in hoc sensu, Hierusalem significat militantem Ecclesiam. Apoc. 22. Et hæc est secunda mensa, quæ habet cibum pinguiorem, subtiliorem, & dulciorem.
- Sensus tropologicus dirigitur ad spem, qui dictorum factorumve, reddit causas: in quo de litera ad maiora consurgimus, & quidquid in priori populo carnaliter factum est, iuxta moralem significationem interpretamur, & ad animæ nostræ emolumentum conuertimus. vt Matth. 19. Christus prohibens repudium vxoris, nisi interueniente fornicatione: prudenter etiam exponit causam, ob quam libellus repudij Iudæis antea concessus fuerit, Moyses inquit permisit eum vobis propter duritiam cordis vestri, & hic sensus, est tertia mensa, quæ saporem continet exemplorum, mysteriorum, & morum.
- Sensus anagogicus intendit charitatem, & in eo dimissis terrenis, nos ad sublimiora conuertimus, vbi de futurorum beatitudine, & cœlestibus disputamus: ita vt præsentis vitæ meditatio, vmbra sit futuræ beatitudinis. Respicit etiam veteris testamenti, & noui congruentiam, in quantum in ipso Christo, iter gloriæ nobis demonstratum est, verba significant aliquid, quod ad cœlestem pertinet conuersationem, & sic Hierusalem accipitur pro Ecclesia triumphanti, vt ad Galat. 4. Illa quæ sursum est Hierusalem libera est. Et hæc est quarta mensa sacræ scripturæ, quæ mentem miraculis, figuris, & verbis pascit.

Aetates mūdi, quę in sacra pagina notantur secundū Augustinum. q. 49. super Iudic. librum.

- Simpliciter & nominatim.
  - Prima, quę dicitur infantia ab Adam.
  - Secūda, quę dicitur pueritia à diluuio.
  - Tertia, quę dicitur adolescētia ab Abrahā.
  - Quarta, quę dicitur virilitas à Dauid.
  - Quinta, quę dicitur senectus, à trāsmigratione.
  - Sexta, quę dicitur gratia, a Christo.

  vsq. ad: Diluuium. Abraham. Dauid. Trāsmigratio. Christum. Finem seculi. — Prima. Secunda. Tertia. Quarta. Quinta. — Iuxta Hebreos. 1656. 292. 941. 473. 500. — Iuxta 72. interpretes. 2242. 1072. 94. 481. 584. — A conditio mūdo vsq. ad Christū. — Iuxta Hebreos 3962. annos. Marei Chronica. Iuxta Septuag. 5328. annos.

- Quoad religiones, quæ ante Christum fuerunt.
  - Barbarismus ante diluuiū á tēpore Adami.
  - Scithismus post diluuiū a diebus Noe.
  - Grecismus, qui ab idololatris incœpit diuisus postea in secta. — Pithagoreorū. Platonicorū. Stoicorum. Epicureorum.
  - Iudaismus a tempore Abrahę, diuisus tandem in — Scribas. Phariseos. Saduceos. Hemerobaptistas. Oseos. Nazareos. Herodianos.
  - Samaritismus à tēpore Nabucdonosor discessus in — Gortheneos. Sebueos. Esenos. Dositheos.
- Quoad regimen populi Iudaici, quatenus ille populus.
  - Abraham, Isaac, Iacob, & duodecim istius postremi filiorum, vsque ad Ioseph, quo mortuo in Egypto seruiunt Iudei Ægyptiis. 144. annis.
  - vixit sub tutela.
    - Ducum duorum tēpore. — Moyses, qui præfuit annis 40. Iosue, qui gubernauit 27. annis.
    - Iudicū tredecim, qui per sua tēpora Hebreis prefuere annis. — Othoniel 40. Ahod. 80. Barach. 40. Gedeon. 40. Abimelech. 3. Thola. 23. v. 26. Iair. 22. Iephte. 6. vel 7. Abesan 7. Haialon. 10. Abdō, l, Labdō. 8. Samson. 20. Heli sacerdos 40.
    - Regū gubernatium.
      - In regno vnito. — Saul, cum quo Samuel. 40. annis. Dauid. 40. annis, Salomo. 40. annis,
      - In regno diuiso. — Reges Iudę, seu duarum tribuum. annis. — Roboan. 17. Abias. 3. Asa. 41. Iosaphat. 25. Ioram. 8. Ochozias. 1. Athalia Regina. 7. Ioas. 40. Amasias. 29. Ozias. 52. Ioathā. 16. Acaz. 16. Ezechias. 29. Manasses. 55. Amon. 12. Iosias. 31. Ioachas mēses. 3. Ioachin. 11. Iechonias vel Ioachim 3. menses. Sedechias. 11.
        - Reges Israel, vel Samariæ, quod erat Regnum reliquarum tribuum, vbi regnauerunt. annis. — Ieroboam. 22. Nadab. 2. Baasa. 24. Ela. 2. Amri. 12. Acab. 21. Ochozias. 2. Ioram. 12. Hieu 28. Ioachaz. 18. Ioas. 16. Hieroboā. 41. Zacharias. 6. Sellum. 30. dies. Manahem. 10. Phaceia. 2. Phacee. 20. Osea. 9.
        - Hoc tempore fuit captiuitas Babylonica, per septuaginta annos, sub regibus gentium.
    - Pontificū, qui ad sacra peragenda eligebantur, & suo etiam tempore populi curā habuere. — Sadoc. Achimas. Ioram. Augiteramus. Nideas. Sudeas. Hilus. Ioatham. Vrias. Nerias. Hodeas. Sellum. Helchias. Zara. Iosedech. Qui captiuus ductus est in Babyloniā, post quā captiuitate Pontificatum, habuere iterum qui nō semper vt preteriti filius pro patris reliquere qua[illegible] — Iosedech, filius Iesus, sub quo templum reedificatum est. Ioachim filius eiusdem. Ioannes filius eiusdem. Iadus filius Iadus. Onias filius eiusdem. Simon filius eiusdem. Eleazarus eius dem frater. Manasses eius auunculus. Onias secūdus, Simonis filius. Simon eiusdem filius. Onias tertius, Simonis filius, sub quo narratur [illegible]
  - Rē habuit in toto predictę historię, & narrationis decursu in his, quę ad statū totius reipub. Hebreę, vel ad partē ei' pertinebant cū [illegible] sua pagina. [illegible] sub Macab. annos. 3[illegible] ... imperio dimicantes, postulato auxilio à Romanis per Hircanū confirmatus est in Pontificatu à Pōpeyo duce Romanorum, & Aristobolo Romā ducto, Iudæi facti sunt tributarij Romanis templo postea a Cassio expoliato, & post paucos annos Herod. alienigenam habuere regem, sub quo natus est Christus. Aug. lib. 18. de Ciuitate. cap. 45.
    - Regibus Persarum, qui regnarunt annis — Cyrus. 30. Cambyses. 9. Fratres Magi. 7. mensibus. Darius. 36. Gerges. 20. Artabanus. 7. Artaxerxes. 40. Xerges secūdus duobus mensibus. Sogdianus. 18. Dari' nothus. 19. Artaxerxes Memnon. 40. Artaxerxes Hoco. 26. Arse. 4. Darius Arsan filius. 6. Et subuerso Regno Persarum, regnauit Alexander Magnus. 6. annis.
    - Regib' Assiriorū, seu Syriæ & Asie, qui regnauerūt annis. — Seleucus, seu Nicanor. 32. Antiochus Soter. 19. Anthiochus Theos. 15. Seleucus Galinicus. 20. Ceraunos. 3. Antiochus Magnus. 36. Seleucus Philopator. 12. Antiochus Epiphanes. 11. Antiochus Eupator. 2. Demetrius Soter. 12. Alexander. 10. Demetrius secūdus. 13. Antiochus Sidetes. 9. Demetrius tertius. 4. Antiochus Grifus. 12. Antiochus Cicenus 18. Philippus. 2.
    - Regibus Egyptiorū annis. — Pthlomeus Lagi filius. 40. Pthlomeus Philadelphus. 38. Pthlomeus Euergetes. 26. Ptholome' Philopator. 17. Ptholomeus Epiphanes. 24. Ptholome' Philometor. 23. Ptholomeus secundus Euergetes 20. Ptholomeus Soter. 19. Ptholomeus Alexander. 10. Ptholomeus Cleopatræ filius. 8. Ptholome' Dionysius. 30. Cleopatra. 22. Postea regnarūt ibi Romani.
    - Cesaribus Romanis. annis. — Iulius cesar. 4. Octauius Augustus. 56. Tiberius. 24. Caligula. 3. Claudius. 13. Nero. 12. Galua. 7. mensibus. Otho quatuor mensibus. Vitelius octo mensibus. Vespasianus. 9. Titus duos ann. & septem mēsi. Et hic finitur historia Hebreorum, qui habuerunt Reges alienigenas, per annos.
    - Aristobolum. Ianneū, seu Alexandrū. 26. Alexādram. 9. Hircanum Pontificem. 34. Herodē Regem. 24. Archelaum ducem. 9. Herodē Tetrarcham. 24. Agripam. 8. Agripam secundum. 26. Et hoc tempore regnū Iudæorum omnino destructum & contritum est à Romani, quoad formā & ordinem & ordinatę reipublicæ.

Vetus testamentum in specie considerando quod.

Significat proprie legem Dei, quæ data est per Moysem, August. lib. 18. de Ciuitat. c. 11. lib. 1. retractationū. cap. 22. large autem significat legem Moysi, & omne vetus instrumentum, quæ D. Hieron. scribens Algasiæ elementa mundi vocari dicit, quod his quasi elementis & religionis exordiis Deum discamus. Illa obseruanda sunt in eo quæ respiciunt ceremonias legis & ritus sacrificiorum Hieronym. lib. 2. aduersus Pelag.

- Ostendit promissū à Deo filium per sex leges.
  - Prima, in Paradiso ante peccatū, in prohibitione ligni.
  - Secunda, post præuaricationem, & expulsionem Adę & Euę, præcipiendo multiplicationem generis humani.
  - Tertia, in præcepto Noe de fabricanda arca ante diluuium.
  - Quarta, post diluuium, in diuisione gentium.
  - Quinta, tempore Abrahę de circuncisione & immolatione filij.
  - Sexta, in monte Sinay, quando data est Moysi lex, quę moralia, iudicialia, & cæremonialia præcepta continebat.
  - Septima, fuit lex illa, quæ dicitur spiritus, seu gratię, quæ peccatum aufert, & à Christo Domino lata est.

  Clemēs de vera religione. Dionysius inquiridion ad Laurentium. Origines de Eccles. dogm. Ciprian. de fide ad Petrum. Augustinus de doct. Christ. Sententie prosperi de spiritu & litera. Ioānes Damascenus de natura & gratia. Petrus Lombardus de meritis peccatorum. Ioannes Rosensis de fide & operibus. Osius Card. de perfecta iust.

Cognitionē hauriēdā ex ea.

- Per studium, diligentiam, omnes affectando scientias naturales, quia de omnibus necesse est, vero futuro interpreti habere notitiā: nulla enim est scientia aut perfecta naturalis cognitio, que ibi aut secundū partē, aut secundum totum, non cōtineatur.
- Per lectionem.
  - Primo, totum textum Bibliæ, non semel & oscitanter, sed magna cū attentione perlegendo.
  - Secundo, methodos, & locos cōmunes vniuersę Theologiæ scrutando, quales sunt.
  - Tertio, historias ecclesiasticas euoluendo, vitas sanctorum, martyr. & Pontific. perlustrando, Canones & Concilia, videndo, responsa eximiorum Theologorum addiscendo, libros Decretorum aduertendo, tractatus etiam officiorum Episcoporum, & aliorum ordinum aspiciendo, eos etiam libros, quiad ritus & ceremonias dispensandi sacramenti pertinent perlegendo.
  - Postremo, quatuor Ecclesiæ eximios doctores Hieronym. August. Ambros. & Gregor. Magnum cum Angelico Thoma, & Seraphico Bonauentura conspiciat, nec ex Grecis Basilium Magnum, Originem, Chrysostomum, Gregorium Nazianzenum, & Cyrillum despiciat. Et ex Latinis Cyprianum, Hilarium, Bedam, & Bernardum, perlegat. Et ex neohotericis, & iunioribus, Rupertum Tuiciēsem, Dionysium Ricelium, Thomam Caietanū, Ioannem Eccium amplectatur.
- Per obseruationem ordinis notando.
  - Perpetuam & cōtinuam librorū vtriusq. testamenti seriē.
  - Propriam libri atq. â Deo loci cuiusq. significationem.
  - Diligentē tū authoris, tū loci atq. tēporis inuestigationē.
  - Commodam & idoneam argumenti narrationem.
  - Artificiosam generum in suas partes distributionem.
  - Dilucidam partium sub diuisionem.
  - Breuem rerum præcipuarum epilogum, seu epitomen.

  Quæ ratio diligenter obseruatur in — Toto Bibliæ corpore. Singulis sacræ scripturæ voluminibus.
- Per vsum colligendo multos ex diuina scriptura locos.
  - Primo, de Deo Angelo bono, angelo malo, Ecclesia, lapsu hominis, peccato originali, voluntate, seu arbitrio, lege peccato, & sic de aliis communibus vocabulis. quæ in alia diuiduntur, ad quæ cuncta reducat, & repetat, & memoria teneat, ex quibus ad altiora progredietur.
  - Deinde amplectatur, quis publicas disputationes, & declamationes doctorum, inuestiget etiam Dialecticum artificium, & rethoricum bonorum authorum paraphrasim, dialogū, comētationem epitomen & sermonem extemporaneum prætendat. Villauicentius de recte formando studio Theologico.
- Per considerationem finis, notādo duplicē esse studiosorū finē.
  - Alter est, vera pietate proficere, quod contingit ascendendo per septem gradus.
    - Prim', est timore cōuerti ad voluntatē Dei cognoscēdā.
    - Secūdus, mitescere pietate, nec diuinæ cōtradicere scripturæ.
    - Tertius, diligere Deum propter Deum, ex tota anima, & proximum propter Deum sicut seipsum.
    - Quartus, per fortitudinem esurire iustitiam.
    - Quintus, misericordia animā tumultuantem purgare.
    - 6. Diligere inimicos, quo purgatur ocul' ad Deū videndū.
    - Septimus, et ipsa sapiētia, ad quā cum peruenit homo pacatus fruitur ea. Aug. lib. 2. de doctr. Christia. cap. 7.
  - Alter est docere alios, salubria dare consilia, atq. ex verbo Dei viā hominibus ad cęlū mōstrare, quęad salutē perueniāt sempiternam, ac putare nihil ita difficile esse, quod nō pateat si.
    - Lectione continua obseruetur.
    - Meditatione, per modū & causā ratione inuestiget.
    - Oratione deuota, & suspiriis, â Deo postuletur.
    - Exercitio pietatis, quęrat Aug. lib. de mor. eccl. c. 7.

Directionem, nam omniaque scripta sunt in sacra pagina, dirigūtur ad

- Res gestas
  - Veteris testamenti.
  - Christi in nouo testamēto.

  Et hęc admittunt omnes interpretationis species, nempè.
  - Hystoricam, quoad nudam facti seriem.
  - Allegoricā referēdo ad corpus mysticū.
  - Tropologicā, si ad nostros actus referamus, qui secūdū Christū debēt regulari.
  - Anagogicam, in quantum ostensum est in Christo, iter glorię.
- Ecclesiam militantem, quæ tribus possunt explicari modis, per interpretationem scilicet
  - Hystoricam.
  - Ethicam, seu tropologicam.
  - Anagogicam.
- Triumphantem Ecclesiam, quæ duplicem tantum habent sensum.
  - Hystoricum. & Anagogicum

& sic

- Sensus literalis siue hystoricus, conuenit omnibus sacrę scripturę locis.
- Mysticus vero tantum paucis scripturę locis conuenit & adaptatur.

Legalium quinque, qui leges & iudicia ore Dei edita enūtiāt: diuiduntur in

- Genesim, vbi agitur, de creatione cœli & terrę, de mundi & generis humani, rerum etiam creatarum exordio, de diluuio, arca Noe, diuisione terræ, confusione linguarum, descriptione gentium, seu populi Dei electione, & descensu in Aegyptum per 50. cap.
- Exodum seu exitum, vbi agitur de afflictione populi Dei, præseruatione miraculosa Moysi, ac eius vocatione, decem etiam plagis, corporali quoque exitu filiorū Israel de Aegypto: liberatione eiusdem populi, transitu maris Rubri, subuersione Pharaonis, & pugna Amalech cum Israelitis, lege etiā data in monte Sinay, & diuinis præceptis, de arca fœderis & constructione tabernaculi, vestibus sacerdotum, & eorundem vnctione, per capit. 40.
- Leuiticum, seu de his, quæ ad externum Dei cultum pertinent, vbi agitur de cæremoniis & legibus sacrificij, & offerendorum, sacerdotij, & consecrandorum, edulij & cibariorum, mundorum, aut immundorum, purificatione: de iubileo Phase, & solemnis votorum, & promissionum, incidenter quoque de præceptis moralibus & iudicialibus, de obsequiis præstandis, & ibi de legibus tabernaculi, vtensilium & indumentorum, habet cap 27.
- Numeros seu de ordinibus filiorum Israel, vbi agitur de numero pugnantium, oblatorum ministrorum Leuitarum nempè & sacerdotum, exploratorum, peccatorum Chore, Dathan & Abiron, genitorum in deserto, mansionum in heremo & præsidiorum ad qua poterant filij Israel confugere, per cap. 36.
- Deuteronomium, seu epitomen legis Moysi, vbi labores itineris ab Israelitis perpessi repetuntur, fœderis arca, præcepta iudicialia, cęremonialia, & moralia tāguntur, officia ecclesiastica declarantur, benedictiones, & promissiones diuinæ ad bonos exprimuntur, maledictiones quoq. in transgressores declarantur, prædicitur. Moysi mors, & benedictio tribuum Israel habetur. per 34 cap. quæ ducatum Moysi indicant.

Historialium decē & septem in quibus historiæ antiq. exprimūtur.

- Iosue, qui de transitu Iordanis, de subuersione Regnorum hostilium, & impiorum, de introductione populi Dei, in terram promissam, de diuisione terrę sanctę, obituq. ducis agit per. 24. cap.
- Iudicum in quo agitur de principibus, & iudicibus ac defensionibus populi Israel, de triūphis & victoriis contra hostes habitis, per cap. 21.
- Ruth, in quo de conuersione ad Iudaismum, de vita & moribus eius, de occasione matrimonij per cessionem propinquioris ex quibus Christus descendit agitur, per 4 cap.
- Primus Regum, vbi de gubernatione populi Israel, per iudices, de electione Regis Saul, & eius regimine: de gestis & morte ipsius tractatur. per cap. 32.
- Secundus Regum, continet regimen populi Israel, per Dauid, eius etiam facta & gesta narrat per 24. cap.
- Tertius Regum, in quo mors Dauid manifestatur, successio, regimen quoq. & Salomonis gesta, aliorumq. Regum Iuda & Israel exponuntur. per 22. cap.
- Quartus Regum, qui casum & ruinam Regni Iuda & Israel, propter Regum suorum prænaricationem exprimit. de captiuitate etiam populi, & subuersione vrbis ac templi, multa dicit, per 25. cap.
- Libri Paralipomenō, seu pretermissorum ad supplemētū historiæ sanctę.
  - Primus, vbi genealogia, electio, vnctio, gubernatio, virtutes & res gestæ Dauid repetuntur, per 29. cap.
  - Secundus, vbi de integro & vnito Regno Salomonis & postea diuiso tractatur, per 36. cap.
- Esdras qui habet quatuor libr.
  - In primo reductio Populi Israel de captiuitate Babylonica, & instructio populi per Esdram reducti sub Iesu filio Iosedech qui fuit Sacerdos magnus, habet cap. 10.
  - In secundo Neemiæ, instauratio muri Ciuitatis Ierusalem, & correctio malorum in ea subortorum manifestatur, per cap. 13.
  - In tertio, qui incertus & apocriphus habetur, repetuntur aliqua circa captiuitatem Babylonicam, quæ contigerunt sub Zorobabel & Esdra, alibi iam scripta, per 9. cap.
  - In quarto, qui non habetur in canone, quædam visiones & somnia, circa populi Iudæorum liberationem & captiuitatē, restaurationem quoq. templi, exprimuntur, per 16. cap.
- Tobias, in quo probatio Tobiæ, varia eius virtutū ornamēta, ministeriū Archangeli Raphaelis, institutio liberorū, & honestas matrimonij docentur, per 14. cap.
- Iudith, vbi de liberatione Israel a persecutione Olofernis, de obsidione Hierusalem & Bethuliæ, populiq. Hebræi, de honestate Iudith & interfectione Olofernis tractatur, per 16. cap.
- Ester, vbi exemplum de cruce conspicitur, conuiuium Assueri, crudelitas Aman, interfectio eiusdem, per prudentiam Ester procurata, exaltatio Mardochei & Iudæorum liberatio indicatur, per 16. cap.
- Iob, vbi afflictiones & consolationes iustorum declarantur, patientia ipsius, perfectio & disputatio, quam habuit cum amicis, prouidentia Dei & resurrectio hominum traduntur, per 42. cap.

[...]bus vera prudentia ad bene viuendū docetur, qui sūt quinq.

- [...] quę informationem praparat per 31. cap.
- Ecclesiastes, seu concionator, qui vanitatem rerum mundi, contemptum, vitiorum, & profectum, in via Dei ambulantium ostendit, per naturalem phylosophiā. habet 12. cap.
- Cantica canticorum, seu epithalamiorum, quæ viri iusti perfectionem, contemplationem animæ sanctae & Christi Dñi cum Ecclesia coniunctionem, mutuumq. amorem inter hunc sponsum & sponsam aduertit. per cap. 8.
- Sapientia, quae iudicia instruit, regimen praelatorum & conseruationem iustitiae demonstrat, contemptum idolorum notat, & de Aduentu & passione Christi, qui est vera sapientia, tractat per. 19. cap.
- Ecclesiasticus seu congregator, populi vniuersi institutionem, obedientiam nempe subditorum & institutionem morum intendit, nobilitatem sapientiae manifestat, & sanctos viros ex professo laudat. per cap. 51.

Prophetalū, in quibus futura prædicuntur, seu reuelationis & oracula diuina ostenduntur per

- Maiores prophetas scilicet
  - Esaiam, qui sub Ozia, Ioathan, Achaz, Ezechia Regibus Iuda. contra Iudæam, & Hierusalem, deinde contra gentes Babylonem, Philisteos, Damascum, vbi etiam de aduentu Christi in carne de eius passione, de vocatione quoque gentium prophetauit. per cap. 66.
  - Hieremiam qui prophetiam suam contexuit in diebus Iosiæ, Ioachim filij Iosię, & Sedechiæ eiusdem filij, vsq. ad quintum mensem, captiuitatis Hierusalem, vt in isto loco placuit Origeni hom. 1. in Iuda & Beniamin, & Hieronymo videtur, de futura siccitate, & aduentu Regis Babylonis tractat & captiuitatem Iudæorum, destructionem quoq. Hierusalem in trenis suis mœstissime lamentatur. per cap. 57.
  - Baruc, qui post destructam Hierusalem per Chaldeos ad captiuos in Babylonia. de prænuntiatione reditus populi Israel, & de his quæ ventura sunt in fine mundi agit: & per orationem Hieremiæ prohibetur idololatria, captiuitatis causa ostenditur, & idolorum falsitas detegitur, per cap 6.
  - Ezechiel, qui tempore captiuitatis cum Daniele fuit, vt D. August. in Psalm. 64. ostendit: Prophetauit eis, qui cum eo captiui fuere, de sceleribus Iudæorum, de ruina Hierusalem & reparatione illius, agit per multas visiones. continet cap 48.
  - Daniel, qui fuit tempore captiuitatis, prædicauit in Babylone populo Iudaico, agit de mundi monarchia, de potestate & æternitate regni Christi, de hystoria Susannæ, destructione Belis, & interfectione draconis. per 14. cap.
- Minores prophetas qui minora scripsere volumina: & sunt numero duodecim nempe
  - Osee, qui sub Ozia & Hieroboam, contra Samariam seu decem tribus, de idololatria populi Israel per meretricem significata: de innundatione peccatorum, cum admonitione, vt filij Israel ad Dominum conuertantur, verba facit. per 14 cap
  - Ioel, cuius prophetia facta est eisdem temporibus, quibus Oseæ: vt placet Augustino. lib. 18. de Ciuit. Dei. cap. 27. cum Hieronymo in prologo eiusdem, ad tribum Iuda & Hierusalem dirigitur. consumptionem terræ Iudęorum, per ærucam, brucum, locustam, & rubiginem, iudicium futurum, & Spiritus sancti effusionem manifestat. per 3 cap.
  - Amos, qui prædicauit contra gentes finitimas, Damascum, Gazam, Ascalon, Azotum, Acharon, Tyrum, Iduneam, Theman, filios Amon: de sceleribus Iudæorum, de ira Dei. & vindicta super eos ventura, de pœnitentia quoq. finali ad quam venient prædicit, sub Ozia Rege, tempore Isaiæ, habet cap. 9.
  - Abdias, qui tempore Regis Iosaphat, vt placet Athanasio. prophetauit contra Idumeos & persecutores filiorum Israel, de venturis super Edon seu Esau calamitatibus. per 1. cap.
  - Ionas, qui sub Rege Ozia & Hieroboam prophetauit Niniuitis, sub quo nomine salutem gentium præfigurat, subuersionem ciuitatis minatur, nisi egerint pœnitentiam. per 4. cap.
  - Micheas, qui regnante Ioatham, vt dicit Athanasius in Sinopsi, contra Hierusalem & Samariam, contra Achab & Prophetas seductores prophetauit. de vastatione & captiuitate Samarię, de interitu principum Israel & pseudoprophetarum, de ingratitudine etiam & malitia eorundem. per 7. capit.
  - Nahum, qui texuit vaticinium suum eo tempore quo Micheas, Assyriis, & præcipuè Niniuitis iterum relapsis, de iudicio & interitu illis venturo prædicauit. per 3. cap.
  - Abacuc, cuius prophetia emicuit tempore captiuitatis duarum tribuum, sub Manasse, aduersus Babylonē & Nabuchdonosor, secundum Hieronymum ad Chromantium, prophetauit. Continet disputationem eiusdem prophetæ cum Deo, cur scilicet in hoc mundo iusti concutientur & prosperecedit impiis, passionem Christi tangit: aduentum Domini & subuersionem regni Babylonici declarat. per 3. cap.
  - Sophonias, qui scripsit prophetiam in diebus Iosię filij Amon Regis Iudæ, vt placet Augustino lib. 18. de Ciuit. cap. 33. in Hierusalem & vniuersam Iudæam, ac deinde contra gentes, de seruatore & resurrectione eius, de iudicio Dei contra falsos deos & gentes extraneas, & de consolatione populi Israel prophetat. per 3. cap.
  - Ageus, qui secundum August. lib. 18. de Ciuit. c. 35. sub Zorobabel & Dario, Zorobabeli, Iesu filio Iosedech, & omni populo qui erat in Iudæa & Hierusalem, de reuersione Iudæorum, templi ædificatione, renouatione ciuitatis & aduentu Christi mentionem facit. per 2. cap.
  - Zacharias, qui duobus mensibus post Ageum, vt patet ex Hieronymo in eiusdem prolog. prædicauit eisdem, quibus Ageus, de liberatione Iudæorū & vindicta contra inimicos eorum, de humilitate aduentus Christi & passionis eiusdem agit. per 14. cap.
  - Malachias, qui prophetico spiritu illustratus, vaticinatus est, post reditum Babylonis, eo tempore quo Zacharias super Israel, licet nō contra eam, de abiectione populi Iudæorum & sacrificiorum eius, de aduentu Christi & vocatione gentium tractat. per 4. cap.

Summa librorum & capitum.

- Veteris testamenti. — Libri. 45. Capita. 1075.
- Noui testamenti. — Libri. 27. Capita. 260.

omnium particularem explicationem: sequentibus quatuor tabulis & schematibus, iuxta veteris instrumenti diuisionem & methodicam figuram, manifestissime aduerte.

Genesim vbi agitur de

- Constitutione cœli & terræ, aquarũ omnium lucis, piscium & animaliũ, hominis, quoque: de requie etiam Dei & benedictione hominis, per considerationem septem dierũ. c. 1.
- Transgressione Adæ & eiusdem ex paradiso eiectione, vbi erant lignum pulchrum & ad vescendum suaue, lignum vitæ, & lignum scientiæ, fluuius etiam, qui diuiditur in
  - Physon.
  - Geon.
  - Tygrim.
  - Euphratem. Cap. 2.
- Pœnitentia, pœna, consolatione, Adami & Euæ. cap. 3.
- Cæde Abelis facta per fratrem, qui maledicitur & desperat, narraturq. genealogia Adami vsq. ad Noe, cap. 4. transferturq. Enoch. cap. 5.
- Diluuio, cuius causa fuit malitia hominum, & arca Noe instruitur, cap. 6. ingrediturq. eã Noe, & inn[illegible] aquæ, & moritur omnis caro. cap. 7.
  - Requiescit arca.
  - Arescit terra.
  - Præcipitur multiplicatio. cap. 8.
  - Egreditur Noe de arca, adorat & pasciscitur cum Deo.
  - Confirmatur matrimonium, vsus ciborum & gladij potestas traditur. cap. 9.
  - Propagatur genus hominum in filiis Noe.
  - Incipiunt regna & monarchia, cap. 10.
  - Diuiduntur gentes, construitur Babel & contingit confusio linguarum, cap. 11.
- Dispersione nationum, egreditur Abraham de patria sua, cap. 12. vbi notatur
  - Quomodo Abraham recipit promissionem de Christo, & terra Canaam.
  - AEdificat altare, & rapta vxor à Pharaone restituitur.
  - Partitur Iordanem, cum Loth, & sibi retinet Canaam. cap. 13.
  - Liberat Loth ab hostibus, & offertur ab eo panis & vinum ipsi Melchisedech. cap. 14.
  - Petit prolem, promittitur Isaac, & terra Canaam. cap. 15.
  - Vtitur ancilla ad suscipiendam prolem. cap. 16.
  - Recipit symbolum Circuncisionis. cap. 17.
  - Colligit Angelos hospitio, prædicitur ei Sodomorum destructio. cap. 18.
  - Orat pro Lothin subuersione Sodomæ. cap. 19.
  - Rapitur ab Amalech vxor, quam simulat sororem. cap. 20.
  - Concipitur Isaac & æditur. cap. 21.
  - Immolatur Isaac. cap. 22.
  - Sepelitur Sara. cap. 23.
  - Rebeca accipitur in vxorem Isaac. cap. 24.
  - Ducit Abraham Cethuram secundam vxorem.
  - Diuidit hæreditates in filios, legitimum Isaac, & concubinarium Ismaelem. cap. 25.
- Generatione Iacob ex Isaac qui
  - Prædicitur dominaturus fratri maiori Esau.
  - Dicitur pacificus & alter rufus & iratus.
  - Probatur in aduersis, in fame, & in prosperis inuocans Deum. 26.
  - Instituitur a matre vt præripiat benedictionem, & fugit. 27.
  - Obedit patri & pergit ad Laban, & recipit in itinere oraculum 28.
  - Paciscitur cum Laban, seruire pro Rachel, cuius fructus coniugij cõnumerantur. 29.
  - Adquirit bona temporalia nasciturq. Ioseph. 30.
  - Persequitur Laban redeundo cum vxoribus. cap 31.
  - Timet Esau, & ei munera mittit. cap. 32.
  - Recipit eum cum lætitia. cap. 33.
  - Recipit iniuriam a Sichem, qui Dinam opprimit. cap. 34.
  - Veneratur patrẽ in ciuitate Mãbre sepultum. c. 35.
  - Secernitur ab Esau.
- Genealogia Ismaelis, & Esau in suos filios & descendentes. cap. 36.
- Descensu filiorum Israel in Ægyptũ vbi.
  - Primo, Ioseph venditur à fratribus, quia eos accusauerat traditur Madianitis. cap. 37. & ibi. incœstus Iudæ cum nuru sua Thamar. cap. 38.
  - Secundo, incarceratur iniuste, ob pudicitiam & continentiam seruandam. cap. 39.
  - Tertio, adquirit mentis illustrationem. cap. 40.
  - Quarto, somnia Pharaonis, de bobus & spicis crasis & tenuibus declarat: & assumitur ad regimen Regni AEgypti. cap. 41.
  - Quinto, descendunt fratres in AEgyptum, vbi agnoscuntur à Ioseph, qui petit ab eis minorem fratrem Beniamin. cap. 42.
  - Sexto, remittuntur fratres Ioseph cum Beniamin & donis, vt pater descendat in AEgyptum. cap. 43. 44. & 45.
  - Septimo, descendit pater cum filiis & nepotibus cap. 46.
  - Octauo, collocatur in AEgypto cum filiis à Pharaone, & ibi ægrotat moriturus. cap. 47. & 48.
  - Nono, benedicit Iacob omnibus filiis, & ventura eis anuntiat, de Christo etiam per Iudam venturo verba facit cap. 49.
  - Decimo, moritur Ioseph in AEgypto, & adiurat fratres, vt eius ossa secum inde ad promissam terram adsportent, quando exeant de AEgypto, quorum libertatem indicat. cap. 50.

Exodũ, vbi agitur de

- Afflictione populi Iudaici, quorum filij ab AEgyptiis crudeliter occiduntur. cap. 1.
- Miraculosa præseruatione, qua seruatur ab obstetricibus Moyses, & à filia Pharaonis in filium assumitur. cap. 2.
- Mandato diuinitus accepto, vt liberet Moyses populum. cap. 3. & 4. [illegible] qui nega[illegible]
  - Mutantur flumina in sanguinem. cap. 7.
  - Producuntur ranæ in toto AEgypto. cap. 8.
  - Generantur cinipheş. eodem cap.
  - [illegible]
  - [illegible], cuncta comedit. cap 10.
  - Tenebræ apparent triduanæ. eodem cap.
  - Occiduntur primogenita in homine & iumento. cap. 11.
- Egressu filiorum Israel, & spoliatione AEgyptiorum, ritu edendi agnum, in memoriam libertatis, quam consequuti fuerunt de seruitute, qua detinebantur. cap. 12. & 13.
- Submersione AEgyptiorum in mari, gratiarum actione, pro beneficio suscepto, murmuratione populi, pluuia Mannæ, & Coturnicum. cap. 14. 15. 16. 17. 18. & 19.
- Præceptis diuinis.
  - Moralibus in decalogo contentis, quæ à Deo tradita sunt in duplici tabula, manu ipsiusmet omnipotentis exarata, quorum notitia habetur ex
    - Prima tabula, quæ continebat
      - Fidelitatem, non habebis deos alienos, coram me.
      - Reuerentiam, non assumes nomen Dei tui in vanum.
      - Obsequium, memento vt diem Sabbathi sanctifices.
    - Secunda tabula, quæ continebat
      - Honora patrem tuum.
      - Non occides.
      - Non mœchaberis.
      - Non furtum facies.
      - Non loqueris falsum testimoniũ contra fratrẽ.
      - Nõ desiderabis vxorem, seruũ ancillam, & alia.
      - Non concupisces domum proximi tui. cap. 20.
  - Iudicialibus, vbi ostenditur iustitia obseruanda inter homines in
    - Contractibus.
      - Emptionis, vt de seruo empto, & de filia in ancillam vendita. cap. 21.
      - Depositi. cap. 22.
      - Mutui.
      - Commodati.
      - Vsurarum.
      - Pignoris.
    - Pœnis.
      - Talionis, vbi redditur
        - Anima pro anima.
        - Oculus pro oculo.
        - Dens pro dente.
        - Manus pro manu.
        - Pes pro pede.
        - Adustio pro adustione.
        - Vulnus pro vulnere
        - Liuor pro liuore.
      - Delicti.
        - Idololatriæ. cap. 20.
        - Homicidij. cap. 21.
        - Furti. cap. 22.
        - Coitus contra naturam, eodem cap.
        - Male iudicantis & corrupti muneribus. cap. 23.
  - Cæremonialibus, quæ sunt determinationes, primæ partis decalogi, quæ respicit Deũ, qui ab hominibus pie colitur, per
    - Sacramenta.
      - Circuncisionis, in Genesi.
      - Vnctionis Regũ, in libris Regũ.
    - Sacrificia.
      - Immolatio agni Paschalis. cap. 24
      - Iuge sacrificium, Leuitici 6. in figuram perfecti sacrificij Christi.
    - Ritus varios, qui spectant ad cultum Dei.
      - Verũ de
        - Primitijs offerendis. cap. 25.
        - Confectione tabernaculi, situ & forma
          - Arcæ.
          - Propiciatorij.
          - Cherubin.
          - Mensæ.
          - Sacrorũ vasorũ.
          - Candelabri.
          - Lucernarum.
          - Veli.
          - Altaris.
          - Atrij.
          - Olei, quæ
            - Declarantur, cap. 26 & 27.
            - Repetũtur, cap. 35. 36. 37. 38. 39. & 40.
        - Ornatu Aaron, & filiorum eius. cap. 28.
        - Modo consecrandi sacerdotes, & offerendi pro eis. cap. 29.
        - Altari thimiamatis & labro æneo. c. 30.
        - Præcepto Sabbathi. cap. 31.
      - Falsum, ob quẽ Moyses fregit tabulas. cap. 32. quæ restaurantur ad pœnitentiã populi. c. 33. & 34.

Leuiticū, vbi agitur de

- **Sacrificiis, in quibus considerātur.**
  - **Differentiæ.**
    - Animalia, vt armenta aues. — Sacrificium
    - Res aridæ, vt simila, thus. — Oblatio.
    - Liquida, vt vinum. — Libatio.
    - Et oleum, quæ dicuntur.
    - Fiunt hæc
      - In holocausto.cap.1.& 2.
      - Pacifica, quæ non erant ex auibus.c.3.
      - Pro peccatis commissis.
        - Per ignorantiam.c.4.&.5.
        - Ex proposito.cap.6.& 7.
  - **Personæ, pro quib⁹ fiunt sacrificia.**
    - Publicę, vt
      - Pro populo, vitulus.
      - Pro Principe, hircus.
      - Pro Sacerdote, vitulus.
      - Immaculatus. cap.4.
    - Priuatæ, vt pro cuiusque anima.
      - Immaculata capra, aut ouis.
      - Duo turtures, vel pulli columbarum.
      - Similæ pars ephi decima.cap.4.& 5.
  - **Tempus.**
    - Interpolatum, diuersis nempè temporibus. cap.1.2.3.4.& 5.
    - Omnibus diebus iuge sacrificium.cap.6.
  - **Locus.**
    - Sacer, vt altare, ostium tabernaculi.
    - Profanus.
  - **Causæ.**
    - Sponte.
    - Casu.
    - Necessario.
    - Præcepto vt
      - Primitiæ frugum vuarum & fructuum.
      - Decimæ.
      - Primogenita animaliū.
- **Consecratione sacerdotis, Aaron & filiorum eius: vbi obseruantur tria.**
  - Ritus, quo vsus est Moyses, in consecratione sacerdotum, qui
    - Statim vt iussit Dominus, obtulit Aaronem & filios eius, vestitos tunicis lineis, baltheo cinctos & mitra ornatos.
    - Postea vnxit & consecrauit eos oleo.
    - Consecratos deniq., dies & noctes in templo manere præcepit.cap.8.
  - Vsus, quo exequutus est Aaron officium suum
    - Offerendo pro se & populo vitulum.
    - Prçcando pro populo.
    - Apparendo ibi Deus, in signum probationis.
  - Pœna interitus filiorum sacra administrantium.
    - Nadab, & Abiu. — Qui vino aliquantulum obruti, cum sacra minus solēniter peregissent, extincti sunt. cap.10.
- **Discrimine ciborum, quatenus animalia omnia quæ sunt in mundo legali documento distinguebantur in**
  - Gradientia, quorū alia.
    - Vngulas habent diuisas, & comœsta ruminatione regerunt, quæ habentur munda, vt vitulus, ouis, capra, ceruus & alia huiusmodi.
    - Ruminant, sed vngulam non diuidunt, vt camelus, lepus, cherogrillus, quæ habentur immunda.
    - Findunt vngulam & non ruminant, vt sus & alia quæ sunt immunda.
  - Volatilia.
    - Prohibita, aquila, grifes, alietus, vultur, miluus, coruus, & alia itē volatilia repentia, quatuor gradentia pedibus, immunda habentur.
    - Permisa, quæ quatuor habent crura sublimiora pedibus, qnibus â terra saliunt, vt bruchus atagen, locusta, lacerta & similia.
  - Aquatica.
    - Quæ pinulas habēt & schamas munda sunt, vt trigla, scarus, glaucus, &c.
    - Quæ istis carent, vel aliqua earum, vt sæpia, quæ solum habent schamas immunda sunt.
  - Repentia.
    - Vt serpens mustella.
    - Crocodillus & alia similia, quæ immunda habentur.cap.11.
- **Legibus purificationis, vbi non solum bruta animalia reddūtur immunda, sed contaminantur.**
  - Homines.
    - Singuli & priuati, puerperio, lepra, emanatione sanguinis, fluxu seminis, idololatria. Ritu autem, quo purgantur, cap.12.13.14. & 15.
    - Totum Reipublicæ corpus, de cuius cura seu reformatione.cap.16.17.18.19.20.21. & 22.
  - Sanctuarium.
    - Sabbathum, quod est dies septimus requiei.
    - Phase, seu transitus decima quarta mensis, quando immolabatur agnus Paschalis.
    - [illegible]
    - Quibus annumerantur panes propositionis, quorum ritus explicantur.cap.24.
    - Promissiones, seruantibus mādata Dei & pœnæ infligēdę peccatoribus.cap.26.
- **Legibus votorum, quæ debent obseruari, &**
  - Fiunt de — Personis. Rebus. — Offerendis.
  - Redimuntur.
    - Vota.
    - Decimę.
    - æstimatione precij. — Partis. Totius. — Capit. vlt.

Libri legales veteris testamēti, diuidūtur in

- **Pugnatorū duces, ex tribu**
  - Ruben Elisur, filius Sediur.
  - Simeon, Salamiel, filius Surisadai.
  - Iuda, Naason, filius Aminadab.
  - Isacar, Nathaniel filius Suar.
  - Zabulon, Eliab, filius Elon.
  - Ioseph filiorum Efrain, Elisama filius Amiud.
  - Manase, Gamaliel filius Phadaiur.
  - Beniamin, Abidan filius Gedeonis.
  - Dan, Achiecer filius Amizadai.
  - Aser, Phegiel filius Seran.
  - Gad, Eliasaph filius Duel.
  - Nephtali, Abira filius Duel.
  - Figuræ Apostolorum, sicut per Moysen & Aaron, intelligitur mystice Christus.
- **Populi.**
  - Non apti ad bellum, quales inter omnes erant mulieres, propter fragilitatem sexus, serui propter degenerationem, alienigenæ propter barbariē.
  - Apti ad bellum, â viginti annis per suas stationes, clases & officia, per singulas tribus inuenti sunt in tribu
    - Prima.46500.
    - Secunda. 59300.
    - Tertia.74600.
    - Quarta. 54400.
    - Quinta.57400.
    - Sexta.40500.
    - Septima. 32200.
    - Octaua.35400.
    - Nona.62200.
    - Decima.41500.
    - Vndecima.43650
    - Duodecima.53400.
- **Oblatorū.**
  - In die vnctionis tabernaculi, per duodecim principes, qui obtulerunt in conspectu tabernaculi.
    - Sex plaustra. 12. bobes.
      - Pendebant.
        - Singuli, integrum bobem.
        - Iuxta ordinē ministerij.
          - Gersonitis plaustra duo, & quatuor bobes.
          - Meraritis, quatuor plaustra & octo bobes.
      - Bini plaustrū, & ita sorte coniugerunt
  - In dedicatione altaris, per duodecim dies continuos obtulerunt singuli principes, in singulis dieb⁹
    - Accetabulum argenteum, pondere centum & triginta siclorum.
    - Phiala argentea, habens septuaginta siclos, iuxta pondus sanctuarij — Vtrumque plenum simila consper sa oleo, in sacrificium.
    - Mortariolum, ex decem siclis aureis, plenum incensu.
    - Bobem de armento, arietem & agnum anniculum, in holocaustum.
    - Hircum, pro peccato, & in hostia pacificorum, bobes 2. arietes.5. hircos.5. agnos anniculos.5.
    - Summa oblatorum, in dedicatione altaris.
      - Accetabula argentea. 12. — Siclorum.240.
      - Phialę argenteę.12. — Pondere sanctuarij.
      - Mortariola auri.12. — Siclorum. 120.
      - In holocausta. — Bobes.12. Arietes.12. Agniculi.12.
      - Pro peccato. — Hirci.12.
      - In hostiam pacificorum. — Agni anniculi. 60

- **Numeros.**
  - Miniſtrorum.
    - Leuitarum, Deo in templo ſeruientium.
      - Primum electi,& ſegregati
        - Ex tribu Leuí,à viginti annis & ſupra.
        - In locum primogenitorum
          - Numerus eorum. 8580.
      - Deinde aſperſi aqua luſtrationis,raſis pilis,oblati ſunt Deo.
      - Poſt hæc præſentati ſunt populo,vt eis manus imponeret:deinde Aaroni & filiis eius,a quo eleuati ſunt in conſpectu Domini.
      - Offerebatur pro eis,ſimila conſperſa pro libamine & bos in holocauſta.
      - Demum ſegregati ab omni populo,applicati ſunt tabernaculo,vt ingrederentur & miniſtrarent in eo, vſque ad quinquageſimum annum. cap.8.
    - Gubernantium,ad ſuſtentandum onus populi,Moyſes & ſeptuaginta ſeniores.
      - Eruditi & illuminati ſpiritu *Moyſi*,& prophetiæ.
      - Congregati ex omni populo.
      - Iuſſi ire ad oſtium tabernaculi cum *Moyſe*.cap.11.
    - Summi Sacerdotis *Aaron* & filiorum eius,ſuper omnes miniſtros& ſacerdotes,capit 3.
  - Exploratorum , qui miſſi ſunt ad explorandam terram promiſsionis,ex deſerto Pharan , præcepto Dei, ex tribu
    - Rubē, Sammua filius Secur.
    - *S*imeon,Saphat filius Huri.
    - Iuda,Chaleb filius *I*ephone.
    - Iſacar,Igar filius *I*oſeph.
    - Efrain,Oſeæ filius Nun.
    - Beniamin,Phalti filius Raphu.
    - Zabulon,Gediel filius *S*odi.
    - Ioſeph.Sceptri *M*anaſſe,Gadi filius *S*uſi.
    - Dan,Amiel filius Gemali.
    - Aſer ,Zatur filius Michael.
    - Nepthali,Nahaui fili' Vapſi.
    - Gad , *Guel filius Machi*, cap.13.14.& 15.
  - Præuaricātium , qui populo Iuda co inuiucbant.
    - Rebelles,aduerſus *Moyſen* & Aaronem,Chore filius Iſahar, Datan,Abiron,& Hon filius Phelcht,de filiis Ruben.Chore cum ducentis & quinquaginta viris proceribus,qui per nomina vocabantur,tempore conſilij igne conſumpti ſunt.cap.16.
    - Increduli,quia murmurauit omnis multitudo filiorum Iſrael,contra Moyſen & Aaron,die ſequenti dicens: Vos interfeciſtis populum, quam ob cauſam.14700. viri conſumpti ſunt igne,alij etiam extincti ſunt ſerpentibus ignitis.cap.21.
    - Maria quoque ſoror Moyſi punita eſt lepra,quia murmurauit.cap.12.Virgaq; Aaron germinat,in ſignum rebellium Iſrael.cap.17.
    - Aaron factus incredulus,prohibitus eſt intrare terram Canaam,quam Deus filiis Iſrael dederat:& iuſſus ire in montē Oreb,ibi ocubuit , & ſucceſſit ei filius ſuus Eleazar.cap.20.
    - Balaam dum acceſitus à Rege Moabitarum Balac meditatur peruerſa,aſina eius loquitur,& ipſe corripitur,primo ab Angelo.deinde ob conſilium contra filios Iſrael datum,ab ipſis cæditur.cap.2 .& 31.
    - Ex filiis Iſrael,fornicantur multi cum filiabus Moabitarum, & ſacrificant diis earum : vnde ira Dei excitatur , & viginti quatuor millia hominum occidit. capite.25.
  - Genitorum in deſerto,qui poſt ſupra numeratos & mortuos à Moyſe & Eleazaro,præcepto Dei numerati ſunt à viginti annis & ſupra,qui ad bellum poſſent procedere per tribus ſuas,de ſtirpe.
    - Ruben.43730.
    - Simeon.22200.
    - Gad.40500.
    - Iuda.76500.
    - Iſacar.64300.
    - Zabulon.60500.
    - Manaſe.52700.
    - Efrain.32500.
    - Beniamin. 45600.
    - Dan.64400.
    - Aſſer.53400.
    - Nephtali. 45400.
      - Summa 601730. capit. 26.
  - Manſionum , per quas populus , ab Ægypto vſque ad promiſſam terrā, ductus eſt à Moyſe & Aaron.
    - Ante tranſitum maris Rubri.4.
      - Rameſe,ſeu commotio turbulenta.*Hieronymi*. tonitruū gaudij.
      - Socoth,tabernacula ſiue tentoria.
      - Ethan,fortitudo atque perfectio.
      - Phihairot,ſeu os nobilium.
    - A mari Rubro vſque ad montem Sinay.
      - Mara,ſeu amaritudo.
      - Helin,ſeu arietes vel fortes,vbi erant duodecim fontes & ſeptuaginta palmæ.
      - Mare Rubrum,quod Hebraice dicitur ianſuph.
      - Eremus ſin,totum enim vſque ad montem Sinay ſpacium eremus ſin dicitur.
    - A monte *Sinay*,vſque ad montem Cades.21.
      - Sepulchra concupiſcentiæ.
      - Azeroth,ſeu atria.
      - Rethma, ſonitus aut iuniper'.
      - Remmon Phares , mali punici diuiſio.
      - Lebna,ideſt lateres.
      - *Reſa,ſeu freni*.
      - *Ceheiata , ſeu Cahalta , ideſt Eccleſia.*
      - Maceroth,ſeu cætus.
      - Sapher,ſeu pulchritudo.
      - Tahath,ideſt pauor.
      - Thare,ſeu paſtura Hieronymi ab actor vel depulſor.
      - Methca,ſeu dulcedo.
      - Heſmona,ideſt feſtinatio.
      - *M*oſeloth , ideſt vincula , ſiue diſciplina.
      - Beneiahacan , filij neceſſitatis, ſiue ſtridoris.
      - Mons Gadgad,ſeu nuntius expeditio vel conciſio.
      - Iethebatha,ſeu bonitas.
      - *H*ebrona, tranſitus ſiue tranſitio.
      - Aſiongaber, in lingua vitij , ſeu delationis hominis.
      - Cades,mutata ſiue tranſlata.
    - A monte Cades,vſque ad campeſtria Moab 9.
      - Mons Hor, ideſt mons montis ſiue vertex.
      - Salmona,ideſt imagoncula.
      - Phunon,ideſt os oris.
      - Oboth,ideſt magi, ſiue ſpadones vel ſagaræ grandes.
      - Ieabarim', ſeu aceruus lapidum tranſeuntium.
      - Dibon Gad,ideſt fortiter intellecta tentatio.
      - Helmon de Blathaim , contemptus plagarum ſiue oprobrium.
      - Montes Abaharim , contra Nabo , ideſt montes tranſeuntium.
      - Campeſtria Moab, ſupra *I*ordanem contra *H*ierico.
  - Præſidiorum,quæ habebat,ad ſe defendendum omnis Iſrael populus prius tamen præceptū eſt à Deo,vt
    - Diſperdat & deſtruat omnes habitatores terræ,ad quam ingrediebatur.
    - Confringat titulos idolorum.
    - Comminuat ſtatuas,quas antea adorabat.
    - Vaſtet,& diſipet omnia excelſa:lucos quoque euellat & excidat.
    - Mundet omnem terram.
    - Habitet in terra ſibi data, quam diuidant Eleazar,Ioſue,& deputati ex tribubus. cap 34.
      - Totā in quatuor partes.
        - Orientalem.
        - *M*eridionalem.
        - Occidentalem.
        - Septentrionalem.
      - Ciuitates & ſuburbia pro
        - Habitatione Leuitarum , quibus deſtinata fuerunt.48.oppida.cap.35.
        - Iumētis & pecoribus totidē ſuburbia.
        - Refugio,oppida ex illis quadraginta & octo,ſex nempe,tria trans *I*ordanem, & tria in terra Canaam : vt confugiat ad eas,qui nolens ſanguinem fuderit. cap.35.
    - Seruet legem cōnubiorum & hæreditatum,vt hominibus propriæ tribus,liceat mulieribus eiuſdem tribus nubere:& hæreditates maneant perpetuo in familiis,ſine miſtione tribuum.cap.36.
- **Deuteronomium, ſeu legis repetitionem: vbi agitur de**
  - Itinere & laboribus ab *Iſraelitis* perpeſis,a principio vſque ad caput 4.
  - Fœdere & præceptis iudicialibus,cæremonialibus & moralibus,a cap.4.vſque ad 27.
  - Officiis Eccleſiaſticis,qualia ſunt ea,quæ in Leuitico narrantur.
  - Benedictionibus,ſeu promiſſionibus diuinis,quæ filiis Dei mandata obtemperantibus paratæ ſunt.
  - *M*aledictionibus ſiue pœnis,quæ in legum tranſgreſſores conſtitutæ ſunt.
    - A capite vigeſimo ſeptimo, vſq ad trigeſimum tertium.
  - Prædictionibus,in qua parte Moyſes eſſet moriturus:qui cuilibet tribui benedicit,& futura prædicit.cap.33.
  - *M*oyſe moriente,qui viſa antea terra promiſſa,ex monte Nebo,moritur in terra *M*oab : & ſepelitur in valle contra Fogor a Deo,defletur ab *Iſraelitis* & ſubſtituitur in locum eius,ore & mandato Dei.Ioſue.cap.34.

Tertia columna.

- Iosue, qui agit de
  - Ingressu filiorum Israel in terram promissam, & ibi de
    - Ordinatione aciei. cap. 1.
    - Missione exploratorum. cap. 2.
    - Ingressu in terram promissam, per Iordanem siccis pedibus & fluminis impetu detento: vbi describuntur facta in
      - Ingressu Iordanis. cap. 3.
      - Exitu Iordanis. cap. 4.
      - Statu terrae. cap. 5. vbi etiam de
        - Circumcisione.
        - Celebratione Paschae.
        - Confortatione populi.
  - Subuersione impiorum regnorum, & ibi
    - Acquisitio terrae.
      - Principaliter Hierico. cap. 6.
      - Incidenter de anathemate Achã. cap. 7.
    - Oppressio Hai. cap. 8. cuius occasione coeperunt alij populi se communire, & dedere. cap. 9.
    - Caedes quinque Regum congregatorum simul
      - Hierusalē.
      - Hebron.
      - Ierimot.
      - Lachis.
      - Eglon.
    - Debellatio viginti septem Regũ
      - A Mose, Seõ Rex Amorrheorũ & Og, Rex Basan, quorũ terra Num. 21. data est Rubenitis, Gadditis, & medię tribui Manase.
      - A Iosue, quorum terram tradidit in possessionem filiis Israel.
        - Gazer. Daber. Gader. Herma. Aret. Lebna. Adodã. Maceda. Bethel. Taphua. Iopher. Aphec. Saron. Madon. Assor. Semerõ. Asaph. Tenach. Magedo Cedes Iatanan. Carmeli. Dol. Galgal. Thersa, omnes Reges citra Iordanem cum Rege Hierico & Hai. 11. & 12.
  - Diuisione terrae sanctae, vbi considerantur
    - Limites terrae distribuendae: cap. 13.
    - Personae diuidentes.
      - Eleazarus sacerdos.
      - Iesus Naue.
      - De vnaquaque tribu vnus.
    - Partes assignatae.
      - Tribubus determinatis.
        - Iudae. cap. 15.
        - Filiorum Ioseph. capit. 16.
        - Dimidię tribus Manase. cap. 17.
        - Filiorũ Beniamin. cap. 18.
        - Sex residuarum tribuum. cap. 19.
      - Fugitiuis, *ciuitates refugij.* cap. 20.
      - Sacerdotibus & Leuitis, quib' à tribub' alijs separatę sunt ciuitates cũ suburbanis. c. 21.
  - Institutione principis, quoad
    - Tempus belli. cap. 22.
    - Tempus pacis. cap. 23.
    - Tempus mortis. — Iosue & Eleazari. — Cap. 24. Anno mundi. 2525. ab exitu AEgypti. 33.
- Iudicum, vbi agitur de
  - Impositione tributorum, super populos non deletos. cap. 1.
  - De reprehensione Angeli & traditione in manus hostium. cap. 2.
  - De gentibus, quae relictae sunt ad erudiendum Israel: de factis & nominibus Iudicum, successiue per suos annos
    - Othoniel, qui iudicauit quadraginta annos. ca. 3.
    - Aod Ambi dexter octoaginta annos. eodem cap.
    - Sangar filius Anat vno anno. eodem capit.
    - Debora cũ Barac filio Ainoen quadraginta annos. cap. 4.
    - Gedeõ, seu Geroboal quadraginta annos. cap. 6. 7. & 8.
    - Abimelec filius Gedeonis, ex concubina, annos tres. cap. 9.
    - Thola filius Phua annos. 23. cap. 10.
    - Iahair Galahadites, annos 22 cap. eodem.
    - Iepte Galaadites, annos sex. cap. 11.
    - Abesan Bethlemita, *septem annos. cap. 12.*
- Ruth, vbi agitur de
  - Conuersione ad Iudaismum. cap. 1.
  - Vita & moribus. cap. 2.
  - Occasione futurarum nuptiarum. cap. 3.
  - Contractu matrimonij inter Ruth & Booz, per cessionem propinquioris. cap. 4.
- Duos primos libros Regũ, de Regno vnito, seu Samuelis.
  - *Primo, vbi regnum per electionem dabatur, agit dé*
    - **Occasionibus transferendi gubernationem, propter malitiam.**
      - Filiorum Heli. cap. 1. 2. & 3. quorum peccata punita sunt
        - Debellatione populi.
        - Captiuatione arcę. cap. 4. quae circumducitur. cap. 5 & reducitur. cap. 6. & 7.
      - Filiorum Samuelis, qui erant auari, ob id petunt à Deo Israelitae Regem. cap. 8.
    - **Initio regni, siue de regno.**
      - Labili Saulis, in quo considerantur.
        - Institutio. cap. 9.
        - Vnctio. cap. 10.
        - Confirmatio. cap. 11.
        - Increpatio Samuelis ad populum, ob petitionẽ Regis. c. 12.
        - Repudiatio Saulis, qui abiicitur propter
          - Diffidentiam. capit. 13.
          - Iuramentum. cap. 14.
          - Cupiditatem & elationem ex victoria. cap. 15.
      - Stabili Dauidis, vbi describuntur.
        - Inunctio Dauidis. cap. 16.
        - Inuidia Saulis, propter victoriam contra Goliat. cap. 17. & 18.
        - Persequutio manifesta Saulis, qua
          - Inuasit Dauidem. cap. 19.
          - Filiũ eius propriũ Ionathã aggressus est. cap. 20.
          - Eiecit Dauidem ex regno. cap. 21. & 22.
          - Insequutus est eum varijs modis. cap. 23. 24. 25. & 26.
          - Profligauit eum in exilium. cap. 27.
          - Mors Saulis & exaltatio Dauidis. cap. 28. 29. 30. & 31.
  - Secundo, de regno, per successionem, qui diuiditur in
    - Procemium, quomodo Saulem sui defleuerint. cap. 1.
    - Historiam successoris Saul, vbi de
      - Facto Isboseth filij Saul, quẽ Abner princeps militię instituit cap. 2. cuius regnum
        - Debilitatur.
          - Rebellione suorum.
          - Cõfoederatione Abner cum Dauid. cap. 3.
        - Destruitur omnino morte eiusdem. cap. 4.
      - Iure Dauidis inuncti à Samuele, & electi à Deo, cuius describitur
        - Electio & inunctio in Regem in Ebron, super Iudam tantum. cap. 2.
        - Innocẽtia in prosperis, ob quã in Regem euectus fuit, vbi indicatur
          - Confirmatio super totum regnum. cap. 5.
          - Deuotio erga Deum.
            - In deducenda arca. c. 6
            - In aedificanda domo Domini. cap. 7.
          - Fortitudo, in debellandis aduersarijs. cap. 8.
          - Pietas erga proximum: domum scilicet Saul, propter Ionathan amicum suum. cap. 9.
          - Gratitudo, pro accepto beneficio. capite 10.
        - Insolentia peccando per
          - Luxuriam. cap. 11. quae punita est
            - Occulte per mortẽ pueri. c. 12.
            - Manifeste. cap. 13.
            - De varijs horũ poenis, vsq. ad cap. 21.
          - Negligentiam. cap. 21.
          - Superbiam. cap. 24.
    - Epilogũ, qui continet
      - Gratiarum actionẽ Dauidis, pro liberatione a multis periculis. cap. 22.
      - Prophetiam Dauidis de futuris, cui subnectitur catalogus fortium virorum. cap. 23.

- Duos vltimos libros Regum, seu Malachim vbi agitur de
  - Regno instaurato & florente tempore Salomonis, vbi notatur
    - Vnitas.
    - Adquisita.
      - Electione.cap.1.
      - Cōfirmatione.cap.2.
    - Aucta & stabilita virtutibus, nēpe
      - Deuotione erga Deum.
      - Sapientia in iudiciis.
      - Magnificentia in familiis.
      - Sanctimonia in cultu Dei, & ædificiis.cap. 3.
      - Opulentia in diuitiis.
        - Familiis & subiectis.cap.4.
        - AEdificiis cap.5.
          - Templi.capit.6. vbi de
            - Remuneratione ædificantium.
            - Dedicatione.cap.8.
          - Curiæ, siue regalis palatij.cap.7.
        - Diuitiis & opulentia, quæ consistebat in
          - Amplitudine sumptuum.
          - Multitudine prouentuum.
          - Magnitudine effectuum.capite 10.
    - Ornata gloria, qua clarus & conspicuus fuit.
  - Declinatio, quæ sequuta est in
    - Transgresione Salomonis per luxuriam & idololatriam.
    - Morte ipsius. cap.11.
  - Diuisio, quæ contigit tempore Roboam, quando regnum in duas partes diuisum est: in Iudam nempe & Israel, vbi agitur
    - Principaliter de Regibus Iuda, seu duarum tribuum.
    - Accessorie de Regibus decem tribuum, & sic agitur de
      - Roboam & Ieroboam conregnante.cap.12.13.&14.
      - Abia & Assa Regibus Israel, successiue regnantibus. cap.15.&16.
      - Iosaphat & Achab, sic cum regnante, qui euocatur à peccatis. c.17.
        - Signis cælestibus.capit.18.& 19.
        - Victoriis mirabilibus.cap.20.
        - Diuinis cominationibus. capit. 21. & 22.
  - In regno declinante & cadēte, sub imperio Iuda & Israel, vbi de eorum
    - Defectione, & his quæ acta sunt sub
      - Ioran.
        - De morte & descēsione ad inferos Ochoziæ.cap.1.
        - De ascensu Heliæ ad cælos, miraculis Elisei, & exaltatione Iehu, propter virtutis constantiam cap.2. vsque ad.11.
      - Athalia.cap.11.
      - Ioas.cap.12.& 13.
      - Amasia.cap 14.
      - Azaria cum actis Ioathan.cap.15.
      - Achaz, vbi tractatur
        - Præuaricatio eius.capit.16.
        - Exterminatio regni Israel, quæ sequuta est ex præuaricatione cap.17.
    - Destructione Iudæ, vbi ponuntur gesta
      - Ab Ezechia, capite decimo octauo, decimo nono & vigesimo.
      - A Manasse & Amon cap.21.
      - A Iosia & Ioachan.cap.22.& 23.
      - A Ioachin, & Hieconia.cap.24.
      - A Mathania seu Sedechia, sub quo ductus est populus in Babyloniam.cap.25.

Libri historiales, vbi ostenditur Deū promissa præstitisse continent.

- ... sacræ, continet duos libros.
  - Genealogiam per duas generationes ab
    - Adam. vsque ad Iacob.
    - Iacob. vsque ad Transmigrationē Babylonis.
      - A capit 1. vsque ad 9. inclusiue.
  - ... propagationem regni.cap. 13.
  - Virtutes.
    - Prudentiam in rebus agendis.cap.14.
    - Pietatem in cultu diuino.cap.15.16.& 17. & inde consequutus est
      - Amplitudinem regni. cap. 18.
      - Defensionē ab inimicis.c.19.& 20.
  - Superbiam.capit.21.
  - Res gestas, & curam circa
    - Ministeriis domus Domini, cui præfecit
      - ... Sacerdotes.cap.24.
      - Cantores.cap.25.
      - Ianitores & Saeristarios. c.26.
    - Gubernationem populi.cap.27.28.& 29.
- Secūdum, qui agit de Regno Salomonis.
  - Integro & vnito, in quo duo nobis proponuntur
    - Pietas in diuinis, in cura ædificationis templi: à principio, vsque ad cap.8.
    - Magnificentia in humanis.cap.8. quibus sibi comparauit famam & gloriam.cap.9.
  - Diuiso.capit decimo, vbi describuntur, quæ gesta fuere sub
    - Roboam filio Salomonis.cap.11.& 12.
    - Abia.cap.13.
    - ...
    - Ioas.cap.23.24.
    - Amasia.cap.25.
    - Ozia.cap.26.
    - Ioathan.cap.27.
    - Achaz.cap.28.
    - Ezechia.cap.29.30.31.& 32.
    - Manasse.cap.33.
    - Iosia.cap.34.& 35.
    - Filiis eius.cap.36.
- Esdrā, qui continet quatuor libros, licet duo apocriphi sint in
  - Primo, agit de
    - Reductione populi sub Iesu filio Iosedech à principio vsque ad capit.7.
    - Instructione reducti populi per Esdram legis doctorem.cap.7. vsque ad finem.
  - Secundo, agit de Nehemia misso a Rege Hierusalem ob Iudæorum salutem, vbi ciuitatem
    - Intrat. capite primo & secundo.
    - Muro circunducto munit, vsque ad cap.7
    - Portis claudit & vectibus.capit.7.
    - Mensem septimum celebrat. capit.8.
    - Populosam reddit vsque ad 11.
    - Ministerio sacerdotum eam dicat, vbi sacerdotum & Leuitarū genealogia describitur.cap.12.
    - Mala in eius absentia orta corrigit eodem cap.
  - Tertio, repetitionem alibi descriptorum continet.
    - Primo quædam alibi dicta repetit.cap.1.& 2.
    - Secundo, quæ eius libri propria sunt subiungit.cap.3.& 4.
    - Tertio redit ad repetitionem eorum, quæ alibi scripta sunt.c.5.& sequent.
  - Quarto, continet visiones Esdræ, circa
    - Solemnia, super populi Iudæorum liberatione à captiuitate.
    - Restaurationem templi, in Hierusalem.
- Tobiam, qui vniuersaliter in duas diuiditur partes, in quibus diffuse demonstrantur, & ad oculum traduntur
  - Ratio vitæ ipsius Tobiæ laudabilis a principio vsque ad cap. quartum.
  - Consolationes diuinæ, circa filij sui.
    - Missionem in Rages, ad Gabellum, a cap.4. vsque ad 11.
    - Reuersionē, & quæ ei deinceps contigerunt.cap.10 11.& 12.
    - Futurum Reipublicæ statum, cap.13.& 14.

- Iudith, vbi persecutionis Olofernis illatæ Israelitis describitur
  - Occasio, quia contra Arfaxath Regem Medorum, noluissent opem ferre Nabuchdonosor, à principio vsque ad cap. 5.
  - Ipsa persecutio, à cap. 5. vsque ad 8.
  - Liberatio, à cap. 8. vsque in finem.
- Esther, vbi agitur de
  - Exaltatione ipsius Esther, in vxorem Regis Artaxerxis, qui Reginam Vasthi abiecit. cap. 1. & 2.
  - Liberatione Iudæorum ab impio Aman persecutorum, quia Mardocheus ei genua nõ flectebat, vsque ad finem.
- Iob, qui generaliter, duas principales continet partes: quarum vna describit & ad longum recitat.
  - Fortunam Iob
    - Prosperam. cap. 1. versiculo quadam autem die, &c.
    - Aduersam
      - Quo ad bona externa. toto cap. 1.
      - Quo ad bona corporis, per totum cap. 2.
  - Disputationem, quæ sumitur ex argumentis.
    - Probabilibus & dialecticis, per octo replicationes amicorum, & nouem Iob responsiones. a cap. 3. vsq. ad 32.
    - Apparentibus & sophisticis Elihu, cui Iob non respõdit. cap. 32. vsque ad 38.
    - Quæstionibus captiosis & tentatiuis inter Dominum & Iob, varius tentatum, a cap. 38. vsque ad cap. 42.
    - Necessariis & demonstratiuis, inter Dominum & amicos Iob, vbi ipse Dominus iudicat & diffinit, non fuisse recta locutos. in cap. 42. vsque in finem.
- ...beorum,
  - Primus, habet quatuor partes.
    - In prima, continentur series rerum gestarum, pro defensione populi: contra Antiochum Epiphanem, a Mathatia, quatenus Antiochus, vt dicitur, in prima parte primi libri.
      - Subiicit sibi Hierusalem & AEgyptum. cap. 1.
      - Tollit legem Dei, & idola sub pœna mortis adorari præcipit.
      - Persequitur pios, dicentes se prius morituros, quã leges fracturos.
      - Mathatiam & filios odit, qui zelo salutis animæ ipsi repugnant.
      - Mathatias exhortatur moriẽs filios suos, ad legis defensionem.
    - In secũda primi libri parte, agitur de rebus sub Iuda Machabeo gestis, quatenus...
      - Bellum mouet contra Antiochum Epiphaneum, ex quo bello reportat quatuor victorias.
        - Apolonium occidit, capit. tertio.
        - Conterit Seron principem Siriæ cum suo exercitu.
        - Exercitum Gorgiæ insidiantis in eodem bello deturbat.
        - Lisiam quoq. magna dexteritate profligat. cap. 4.
        - His consequutis pro gratiarum actione, templum purificat, altare dedicat, instituit encenia.
      - Gẽtes finitimas sibi cõtrarias oppugnat.
        - Ciuitatem Ephron ob denegatum transitum. cap. 5.
        - Filios Esau versiculo & exinit Iudas.
        - Idola gentium igne exterminat, eodem cap. 5.
      - Antiochum Eupatorem Epiphanis filium.
        - Oppugnat venientẽ in Iudæam cũ centũ mille peditibus.
        - Et equitibus viginti millibus.
        - Confligit cum eo & trucidatis. 600. inimicis pacem obtinet. cap. 6.
      - Demetrium Seleuci filium persequitur...
        - Nichanorem interficit, & hoc viso milites arma proiiciũt & fugiunt. cap. 7.
        - Pacem init cum Romanis. cap. 8.
    - ...
      - Primo, sumit a Iambris pœnas, propter captũ Ioannem. cap. 9.
      - Tertio, pugnat contra Demetrium, & Alexandro Antiochi filio, etiam pro eo dimicat. cap. 10.
      - Quarto, liberat Demetrium confederatum ab Antiocho, & postea eundẽ Demetriũ expellit, & pacem init cum nouo Rege Antiocho, & exteras debellat gentes. cap. 11.
      - Quinto, ad Romanos & Spartiatas pro habenda pace mittit, & Principes Demetrij fugat. capite 12.
      - Sexto, occiditur a Triphone, sub simulata amicitia. cap. 13.
    - In quarta parte declarantur illa, quæ Simon egit pro defensione populi, post captiuitatem Babylonicam, qui
      - Expugnat Gazam.
      - Arcem Sion occupat.
      - Filium Ioannem, ducem constituit. cap. 14.
      - Renouat fœdera cum Romanis & Spartiatis. cap. 14. statuit illa cũ Antiocho Demetrij filio. c. 15. qui statim violat ea, & a filiis Simeonis profligatur. c. 16.
      - Interficitur à Ptholomeo filio Abobi cum filiis. cap. 16.
  - Secundus
    - Repetit quædam in primo libro dicta.
    - Superaddit de nouo pauca de
      - Tribulatione populi.
      - Constantia septem fratrum, & matris eorum in tormentis perpessis ab Antiocho illatis.
      - Liberatione populi per Iudam Machabeum.
- His decem & septem libris ostẽditur Deũ præstitisse omnia, quæ Israelitis promissit. Deuteronom. 27. 28. & 29. legẽ eius
  - Obseruantibus, quibus promissit
    - Terram fluentem lacte & melle.
    - Defensionem laborantium.
    - Humilium emersionem.
    - Exaltationem iustorum.
    - Consolationem in afflictionibus.
    - Triumphum de hostibus.
    - In
      - Iosue.
      - Iudicum.
      - Ruth.
      - Regũ. 1. 2. & 3. vsque ad cap. 10.
      - Paral. 1. & 2. vsque ad cap. 10.
      - Esdræ. 2.
      - Tobia.
      - Iudith.
      - Esther.
      - Iob.
      - Machab. lib. 2.
    - A dicto cap. 12. tertij libri Regum, vsque in finẽ.
  - Transgredientibus comminatus est expulsionem & captiuitatem, de quibus agit
    - Paralipomenon 2. à dicto cap. 10. vsq. in finẽ.

- Psalteriũ à Dauid confectum, quod continet centũ & quinquaginta Psalmos, diuisos secundum Hieronymum, per
  - Causam formalẽ, ob quã dicuntur
    - Alleluia, siue iubilei, qui cordis vberius exprimunt iubilum, & in Dei laudem prorumpunt: vt sunt: Lauda anima mea Dominum. Laudate Dominum de cælis.
    - Cantica, quia ore a Leuitis & Sacerdotibus canebantur: vt in Psalmis quindecim graduum, eo sic dicti, quia ascendendo ad domum Domini, per quindecim gradus, eos protulit.
    - Intellectus, quia in futurum profundius aliquid de Deo speculãtur, vt est Psalmus: Misericordias tuas Domine, &c.
    - Psalmi, absolute sic dicti, quod in organo exteriori, cithara aut Psalterio canerẽtur.
    - Tituli, quia personam Christi proprius, præseferunt in titulo, qualis est: Eripe me Domine. Psalmo 139.
    - Orationes, quia feruẽtiori animo pronũciantur, vt sunt: Exaudi orationẽ meã, &c.
  - In his considerãtur.
    - Propriæ erumnæ labores ipsiusmet Dauid, aut alterius Psalmos ipsos canentis.
    - Antiquitates Iudaicæ, quę cõtinent
      - Generationes & gesta Patriarcharum.
      - Peregrinationes iustorum.
      - Migrationes, ab vno loco in alium.
      - Descensum in Ægyptum.
      - Seruitutẽ & exitum ab Ægypto.
      - Legem datam & tabernaculum.
      - Sacerdotium & Numeros.
      - Deuteronomiũ, Iesum Naue.
      - Distributionẽ promissæ terræ & iudices.
    - Res naturales, & vniuersum Dei opificium.
    - Crucis dispensatio.
    - Prophetia eorũ, quæ contigerunt post ascensum Christi ad cælos.
    - Theologia Trinitatis.
    - Intellectuales creaturæ, dæmones, Angeli animę, & eorum motus & potentię.
    - Morum disciplina & institutio.
    - Cogitationes, dęmonum insidię, sanatio passionum & pugna aduersus illas.
    - Mandata & præcepta diuina.
  - Causam finalẽ, quia solẽt Psalmi cantari in persona
    - Christi, a quo beneficia accepisse confitemur, & contra eum delicta cõmisisse: humili animo & corde contrito, ore & lingua iustissime pronuntiamus.
    - Ecclesiæ, in qua petimus bona corporis, quę pertinẽt ad eius salutẽ, prosperitatẽ in actionibus: animæ etiã bona, vt gratiam, charitatem, & alia spiritualia, charismata postulamus.
    - Prophetæ, & eo tempore recitamus Psalmos in Dei laudem & honorem, & eosdem pro gratiarum actione, deuoto corde proferimus.

- Librũ Prouerbiorũ Salomonis, qui more corrigit & moralẽ Philosophiã docet, diuiditur
  - Generaliter in
    - [illegible] quæ dicuntur sermones vtiles, sub vmbra, figuraq. idonea expressi.
    - Parabolas, quas latini similia, seu similitudines vocãt, quæ sunt imagines eorum, quæ dicuntur.
    - Enigmata seu obscure dicta, vel sermones obscuri, qui ita caute positi sunt, vt mœrore afficiant, si quis in illos incidat, quia nullum habent manifestum sensum: inquisiti tamen verum prębent intellectum: & sic totus liber diuiditur in
      - Secundam partem, à capite 10. vsque ad cap. 25.
      - Tertiam partem, a cap. 25. vsque in finem.
  - Particulariter, quatenus introducit diuinam Sapientiam
    - Exhortantem paruulos, ad studium sapientiæ, cap 1.
    - Reuocantem, a desiderio mulieris extraneæ ad suum amorem cap. 2.
    - Promittentem multa bona, a cap. 2. vsque ad 8.
    - Gloriantem de sua excellentia & dignitate. cap. 8.
    - Inuitantem ad conuiuium paratum, cap. 9.
    - Tradit ipsi, varia præcepta & cautelas vitiorum, a capite 9. vsque ad 25.
    - Inter caput. 24. & 30. inseruntur huic corpori prouerbia, ab Ezechia adiecta.
    - Vltimis duobus capitibus, studet colligere omnes homines, in vnum corpus.

- Ecclesiastem, quem aliqui Salomonis soliloquium appellant, vbi omnia quæ in mundo reperiuntur, vanitati subiecta esse contendit, & præcipue decem enumerat, quæ sunt
  - Studium scientiarum. capite primo.
  - Appetitus delitiarum. capite secundo.
  - Desiderium longioris vitæ. capite tertio.
  - Ambitio authoritatis, præheminentiæ & dominationis. capite quarto & quinto.
  - Cupiditas diuitiarum in medio quinti, & toto capite sexto.
  - Ars diuinandi, seu præscientia futurorum. capite septimo.
  - Venatio laudis & famæ. capite octauo.
  - Sectatio fortunæ, in medio capitis 8. & in nono.
  - Robur viriũ corporis, in medio capitis noni & decimi.
  - Species floridæ iuuẽtutis. capite vndecimo & 12.

Canticum Canticorũ, vbi de cælestium rerum contẽplatione agitur: cõtinet decẽ partes, in quibus tractatur de

- Peregrinatione patrum Thare, Abraham, Isaac & Iacob cap. 1. in principio.
- Multiplicatione populi, versiculo. Dum esset Rex in accubitu.
- Oppressione eiusdem ab AEgyptiis, ibi: Ecce tu pulchra es.
- Defensione Dei & apparitione, quæ facta est Moysi in rubo. cap. 2. ibi. Sicut malus inter ligna, &c.
- Exitu Israel de AEgypto
  - In genere, versiculo: dilecte mi. & ibi de
    - Egressione AEgypti, ibi: Surge & propera amica mea, &c.
    - Præcessione ignis in columna, ibi: Ecce iste venit saliens, &c.
    - Legislatione, ibi: Sonet vox tua, eodem capite.
  - In specie vero, de debellatione Amalech, versiculo capite nobis vulpeculas. eodem capite.
- Peregrinatione filiorum Israel per desertum, quadraginta annis, & ibi de
  - Circuitione, quam fecerunt propter peccatum murmurationis: versiculo: Surgã, & circuibo ciuitatem, &c. eodem capite.
  - Vocatione populi nouiter generati, ad ingressum terræ sanctæ. versiculo. Capilli tui. cap. 4
  - Contemplatione terræ sanctæ. versiculo. Veni de Libano. eodem cap. vbi continetur inuitatio Dei ad terram sanctam.
- Introductione. cap. 5. versiculo. Veniat dilectus meus. vbi etiam explicatur, quomodo primo cœperint comedere de fructibus terræ sanctę: vnde dicitur: Comedi fauum cũ melle meo, &c.
- [illegible] & [illegible] synag. versiculo. Ego dormio. cap. 5. ac ibi de
  - Persequutione & liberatione populi Israelitici, sub temporibus Iudicum. versiculo. Percusserunt me. eodem capite.
  - [illegible] ad sapientiam. cap. [illegible]
- Vltima vero, de sponsi habitatione in populo Israel, relictis gentibus, versiculo. Fuge dilecte mi. in fine Canticorum.

Sapientiales libri, qui actibus Apostolorum correspondẽt: diuidũtur in

Sapientiã, qui liber magistratus instituit & diuiditur per tres partes, in

- Exhortationem ad sapientiam, ad excitandum vnumquemq. ad zelum iustitiæ & amorem, vbi
  - Enumerat ea, quæ ab stultis & insipiẽtibus obiiciuntur, contra sapiẽtiæ studium cap. 2.
  - His obiectis respondet cap. 3.
  - Recenset laudes sapiẽtiæ, ab eius emolumentis, quibus è regione opponit insipientiæ incommoda. cap. 5.
  - Præmissa omnia, veluti per epilogum repetit, & in vnum colligit aceruũ. cap. 6. vbi tandem sic concludit hãc partem, si ergo delectamini in sedibus & sceptris, ô Reges populi, diligite sapientiam, vt in perpetuum regnetis.
- Originem sapientiæ, vbi tria considerat
  - Ostendit sapientiam, rem esse inextimabilem, & ob id nec auro, nec argento comparandam. cap. 7.
  - Requirit in sapientiæ studio, feruorem & perseuerantiam. cap. 8.
  - Docet opus esse sapientiæ studioso, deuota præcatione ad Deum, à quo vt cætera bona, sic sapientia procedit. cap. 9. vbi etiam forma precationis continetur.
- Effectum, fructũ seu emolumẽtum sapientiæ, per exẽplum.
  - Personarum priuatarum, scilicet Adæ Noe, Abrahæ, Loth, Iacob, Ioseph, Moysis in quibus mirabiles claruisse, cum iustitiæ, tum sapientiæ effectus, declaratur toto capite 10.
  - Totius populi Israelitici, cui in memoriam reuocat, sapientiæ quatuor in eũ collocata beneficia.
    - Aquæ & fontis, propter
      - Iustitiam, concessa filiis Israel. capite vndecimo.
      - Iniustitiam & idololatriã, negata Cananeis. c. 12. 13 14. & 15.
    - Carnis, panis & manne. capite decimo sexto.
    - Diei & lucis, nam filij Israel iustitiã.
      - Derelinquentes, densissimis circundati sunt tenebris. cap. 17.
      - Arripientes iterum, adepti sunt beneficium lucis. capit. 18.
    - Columnæ & nubis. capite 19.

Primo, de

- Timore Dei, circa medium capitis primi. versiculo. Timor Domini gloria & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. Timor Domini delectabit, & dabit, &c.
- Patientia, toto capite secundo Fili accedens ad seruitutem, &c.
- Pietate erga parentes, in principio capitis tertij, vsque ad versiculum. Fili in mansuetudine opera tua perfice.
- Humilitate, dicto cap. tertio à loco citato, vsque ad versiculum. Ignem ardentem extinguit aqua.
- Eleemosyna & commiserationes erga pauperes, â fine capitis tertij, vsq. ad medium quarti. versiculo. Sapiētia filiis suis vitam inspirat, & suscipit acquirentes se.
- Veritate & iustitia, â dicto versiculo, vsque ad finem capitis quinti.
- Amicitia vera, quæ cum virtute sit coniuncta, à principio sexti capitis, vsque ad versiculum Fili a iuuentute tua excipe doctrinam.
- Prudentia gubernandi familiam, vbi varia officia patri familias, erga domesticos & extraneos traduntur. toto capite septimo.
- Tranquillitate & concordia, toto capite octauo. Nō litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius.
- Castitate & pudicitia, a principio capitis noni, vsque ad versiculum Non derelinquas amicum antiquum, nouus enim non erit similis illi.
- Constantia, maximè in amicitia retinenda, vsque ad versiculum. In manu artificum opera laudabuntur, & princeps populi in sapientia sermonis sui, in sensu vero seniorum verbum. eodem capite.
- Prudentia, administrandi rempublicam. cap. 9. dicto versiculo. In manu. &c. & toto capite decimo.

Secūdo, de

- Pœnitentia, per totum caput duodecimum. versiculo. Si bene feceris, scito cui bene feceris: & erit gratia in bonis tuis multa.
- Affabilitate & societate honesta. toto capite decimo tertio.
- Liberalitate, a primo versiculo capitis 14. Beatus vir qui non est lapsus verbo, ex ore suo, & non est stimulatus in tristitia delicti, vsque ad versiculum. Beatus vir, qui in sapientia morabitur.
- Fiducia in Deum, in capite 16. 17. & partim 18. vsque ad versiculum. Fili in bonis non des querelam: & in omni dato non des tristitiam verbi mali.
- Suauiloquentia seu lingua curiali, a præfato versiculo, vsque in finem capitis 18.
- Suspitione fugienda, non modo facinorum, sed leuium etiam culparum, a principio capitis decimi noni, vsque versiculum. Nequitia, &c.
- Distinctione prudentiæ veræ & falsæ, a dicto versiculo, vsque in finem capitis. 19. & 20.
- Cautione ab omni peccato, a principio capitis vigesimi primi. Fili peccasti: non adiicias iterum, &c. vsque ibi, Non erudietur, qui non est sapiens, &c.
- Modestia in verbis & gestibus seruanda, vsque ad finem capitis vigesimi primi.
- Extremitate, contra pigritiam. capite vigesimo secundo. vsque ad versiculū. Confusio est patris, de filio indisciplinato: filia autem fatua in deminoratione fiet.
- Disciplina filiorum, ab allegato versiculo, vsque ibi. Pungens oculum deiiciet lachrimas.
- Prohibitione contumeliæ verborum, erga
  - Amicos a versiculo. Pungens, &c. vsque ad finem. capite vigesimo secundo.
  - Deum, a principio capit. 23. vsque ad versiculum. Est alia loquela contraria morti, non inueniatur in hæreditate Iacob.
  - Quoscunque homines, vsque ad versiculum. Homini fornicario omnis panis dulcis, non fatigabitur transgrediens, vsque ad finem.
- Fornicatione, a fine capitis vigesimi tertij. vsque ad versiculum. Sapientia laudabit animam suam. capit. 24.
- Muliere bona & mala, circa finem cap. 24 iuncte cap. 25. & 26 per totum,

Tertio, de

- Vindicta, capite vigesimo octauo, per totum: [illegible] dicto versiculo, vsque ad finem capitis [illegible]
- Gratitudine & ingratitudine, capite vigesimo nono, a principio, ibi. Qui facit misericordiam, vsque in finem. vbi agitur de lingua tertia, & nequam.
- Educatione & correctione liberorum, capite trigesimo, a principio. ibi. Qui diligit filium suum assiduat illi flagella, vt lætetur in nouissimo suo, & non palpet proximorum ostia.
- Auaritia & cupiditate lucri, a dicto versiculo, capitis trigesimi, & in capite trigesimo primo, vsque ad versiculum. Super mensam magnam sedisti, non aperies su per illam faucem tuam prior.
- Temperantia & sobrietate, a præfato loco, vsque in finem dicti capitis trigesimi primi.
- Officiis senum atque iuuenum præsidentium, capite trigesimo secundo, a principio, vsque ad versiculum. Qui timet Deum excipiet doctrinam.
- Institutione patrum familias, quales esse debeant erga filios, vxorem, filios & amicos. cap. trigesimo tertio, a versiculo. Audite magnates, &c.
- Augurio & somniis aliisq; præstigiis prohibitis. capite trigesimo quarto, a principio. Vana spes & somnia. vsque ad versiculum. Spiritus timentium Deum, &c.
- Vanitate eorum, qui spem suam potius in somniis, vel prudentia, quam in Deum ponunt, a prædicto versiculo, vsque ad Miserere nostri. capite 36.
- Coniunctione & societate legitima viri & vxoris, circa finem dicti capitis trigesimi sexti. versiculo. Omnem escam, &c.
- Consilio & consiliario bono, quanti sint facienda. capite trigesimo septimo, a principio, vsque ad versiculum. Fili in vita tua, &c.
- Sanitate corporali tuenda, per abstinentiam, a fine capitis trigesimi septimi, vsque ad versiculum. Fili in mortuum produc lachrimas. cap. 38.
- Preparatione ad mortem, quomodo fieri debeat. a loco citato, vsque ad versiculum. Sapientiam scribe in tempore vacuitatis: & qui minoratur actu sapientiam percipiet, quia sapientia replebitur.

Quarto, de

- Operis artificum, & earum vtilitatibus, a dicto versiculo, vsque ad caput trigesimum nonum.
- Miseria vitę humanę. capite quadragesimo. a versiculo. Occupatio magna creata est omnibus hominibus, vsque ibi. Omne munus & iniquitas delebitur, & fides in seculum stabit.
- Armis, & quibusdam quasi remediis, contra prędictam miseriam versiculo prefato, vsque in finem capitis quadragesimi.
- Recordatione mortis amara, cap. 41. vsque ad versiculum Noli metuere iudicium mortis, memento quę ante te fuerunt, & quæ superuentura sunt tibi, &c.
- Remediis, contra timorem mortis, a prędicto loco, usque ad versiculū. Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quā mille thesauri. &c.
- Acquisitione boni nominis. & honesta famę conseruatione, prędicto versiculo, & aliis. eodem capite.
- Verecundia, vbi deceat, vel non deceat capite quadragesimo primo, in versiculo finali, vsque ibi. Non pro his omnibus confundaris. cap. 42. vbi docetur, quibus rebus possint comparari.
- Quibus non sit erubescendum, eodem cap. vsque ad versiculum. Filia patris abscōdita est, vigilia & solicitudo eius auferet somnum, ne forte in adolescētia, &c.
- Crimine stupri. cap. 42. & 43. alijsque iam dictis.

Ecclesiasticū, qui mores populi dirigit, & vt pręcepta inten it.

Quinto, adducit exēpla sanctorum.

- Ante legem, Enoc, Noe, Abraham, Isaac, Iacob. & duodecim Patriarchiū. c. 44.
- Sub lege, Moysis, Aaron, Phines. capite quadragesimo quinto.
- Post legem, tempore Iudicum, Iosue, Caleph, Samuelis, & aliorū Iudicū. cap. 46.
- Tempore Regum, Nathan, David, Salomon. cap 47. vbi etiam fit mentio de
  - Roboam & Hieroboam, qui dimiserunt legem.
  - Helia, Helisco, Ezechia & Esaia. capite quadragesimo octauo.
  - Tandem de Iosia, Hieremia, Ezechiele, & duodecim prophetis. capite 49.
- Post Reges, Zorobabel, Iesus Sacerdos magnus, Nehemias, & Simon filius Oniæ, circa finem. cap. 49. & usque ad cap. 50.

Sexto. se ipsum introducit Iesus Sirac authorem libri.

- Scribentem doctrinam sapientię. capite quinquagesimo.
- Orantem, in principio quinquagesimi primi capitis, ibi. Confitebor tibi Domine Rex, & collaudabo te Deum saluatorem meum.
- Laborantem, pro sapientia acquirenda, circa medium eiusdem cap. ibi. Cū adhuc iunior sum, prius quam oberrarem, quæsiui sapientiam palam in oratione mea.
- Inuitantem ad sapientiam. versiculo Appropriate ad me indocti, & cōgregate vos in domum disciplinæ, quid adhuc retardatis? usq. in finē lib. Eccles. Salomon.

- Esaias, qui sub regno Oziæ, & Acaz, ac Ezechię tēpore, quo decreuit Deus eiicere Iudæos de terra sācta prophetauit.
  - Primo aduersa in
    - Gentem Iudaicam, duarum nempe tribuum Iudæ & Beniamin Regnum: idq. per tredecim capita, in quibus vt in aliis partibus cuiusque prophetiæ traduntur nouē.
      - Doctrina. Speculatio. Exhortatio. Mina. Luctus. Consolatio. Preces. Historia. Prædictio.
        - Exprobrat flagitia Iudeorum, facinoraq. eorum reprehendit, legis cessationem prędicendo. cap. primo.
        - Ostendit nouę legis introductionem, eiusq. crementum & gloriam significat. capite secundo.
        - Cōminatur multa supplicia, ob necem & mortem Christi. capite tertio.
        - Promittit præteruationem nouo regi, ab his pœnis. capite quarto.
        - Manifestat & declarat, pœnam comminatam populo Iudaico esse iustam. capite quinto.
        - Inuestituram officij sui, & prędicationis, a Deo esse: & purgationē labiorum in se demonstrat. capite 6.
        - Signat liberationem populi Israelitici, de Rasin Rege Syria, & Phacee Rege Israel tēpore Acaz. c. 7. & 8.
        - Significat liberationem Ezechiæ Regis, de manu Senacherib Regis Assyriorum. cap. 9. & 10.
        - Agit gratias Deo, & canticum laudis introducit. capite vndecimo & duodecimo.
      - Sed specialiter hoc loco
        - Per eadem capita, ostenditur Abolitio legalium. cap. 1. Vocatio gentium. cap. 2. Destructio Hierusalem & Synagogæ. cap. 3. Ædificatio nouæ Ecclesiæ. cap. 4. Compositio cantilenæ, de Synagoga repudiata. cap. 5. Destinatio filij Dei. cap. 6. Incarnatio Christi ex Virgine. cap. 7. Collectio discipulorum & aliorum credentium. cap. 8. Passio Christi & Regni eius inchoatio. capit. 9. Conuersio filiorum Israel ad Christum. cap. 10. Resurrectio Christi, & adunatio gentium sub eo. cap. 11. Efficacia sacramentorum & diffusio gratiarum per Ecclesiam. capit. 12. versiculo. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, &c.
    - Finitimā gentē, cui varias minatur pœnas, per vndecim capita.
      - Babyloniis destructionē per Darium & Cyrū. cap. 13 & 14.
      - Philisteis, circa finem cap. 14.
      - Moabitis. cap 15. & 16.
      - Damasco & Siriis, toto c. 17.
      - Æthiopibus & Ægyptiis. c. 18. 19. & 20.
      - Assyriis, siue rursum Babylonis. cap. 21.
      - Idumeis. circa finē eiusd. cap.
      - Arabibus. in eodē. cap. 21. ibi. Onus in Arabia.
      - Hierosolymis, maxime principibus & pręposiitis tēpli. cap. 22. ibi. Onus vallis. &c.
      - Tyriis. c. 23. ibi. Onus Tyrij.
    - Vniuersam mundi machinam, per quatuor cap. sequētia, per quæ sanctus Propheta proponit & claredemōstrat.
      - Iudicium extremum, & dissipationem terræ: sententiam quoq. in malos. capite 24.
      - Iustitiam diuinam, quam prædicat, & adhibet gratiarum actionem. capite 25.
      - Præmium siue gloriam bonorum. capite vigesimo sexto.
      - Supplicia damnatorum. capite vigesimo septimo.
    - Reliquas etiam tribus, & simul duas dictis coniunctim, quibus per quatuor capita indicit varias pœnas, afflictiones quoque & Ve.
      - Populo Israelitico, seu decē tribubus capite 28. ibi. Vę corona, &c.
      - Genti Iudaicę, seu duabus tribubus. capit. 29. ibi. Vę Ariel. &c.
      - Reliquiis, quas Nabuzardan voluit esse, sub manu Godoliæ: dehortante Hieremia descēdere in Ægyptū. c. 30. ibi. Vę filij desertores.
      - Eis, qui descendunt in Ægyptum. cap. 31. ibi. Vę qui descendunt in AEgyptum. &c.
    - Rursus gentem Iudaicam, seu duas alias tribus separatim, per octo capita, vbi tractat res duobus modis
      - Obscure de
        - Ezechia, & eius perfectione: sub cuius figura agit de Christo. capite 32.
        - Senacherib & eius destructione. cap. 33.
        - Romanis, & Iudęorum ab illis facta vastatione sub Tito & Vespasiano: & hoc sub figura Idumeæ & Bosræ, vt dicunt Iudęorū magistri. cap. 34.
        - Ecclesię propagatione & florido eius statu. cap. 35.
      - Dilucide, & historice introducens.
        - Senacherib superbientem. cap. 36.
        - Ad Deum clamantem, & Dominum illum eripientem. cap. 37.
        - Infirmum conualescentem. cap. 38.
        - Vane gloriantem ostendendo diuitias suas Babylo[illegible] cap. 39.
  - Secundo, cōsolationem adhibet prędicendo Iudęis, multa bona: precipue [illegible]
    - Liberationē Christi à peccato: vbi aduertitur.
      - Aduentus Ioannis Baptistę, & prędicatio. cap. 40.
      - Vnio naturarum in Christo, ex Abraham. cap. 41.
      - Conuersatio Verbi incarnati. cap. 42.
      - Vocatio testium seu Apostolorum. cap. 43.
      - Inspiratio Spiritus sancti in Apostolos, die Penteeostes. capit. 44.
    - Liberationem Cyri, vbi ostēditur, quod [illegible]
      - Ipse fuit organum Dei ad liberandum. cap. 45.
      - Deus fuit liberator pręcipuus, cap. 46.
      - Destructa sit Babylon & regnum eius, vt liberētur Iudei. cap. 47.
      - Non adscribat Iudei [illegible] liberationem idolis. cap. 48. [illegible]
    - [illegible] cap. 54. & 55. vbi etiam.
      - Declaratur præcepta moralia, quibus instruitur Ecclesia. c. 57. & 58.
    - Gloriam & resurrectionem. capite 59. & 60.
    - Famam & æstimationem, per totum orbem. capite 61.
    - Nominis Christiani & noui impositionem. cap. 62.
    - Ascensionem triumphalem. cap. 63.
    - Iudæorum nequitiam, & excæcationem. cap. 64.
    - Reuersionem Iudæorum ad Christum, & eius misericordiam. cap. 65.
    - Iudicium extremum, & ibi de pręmiis bonorum & malorum pœnis. cap. 66.
- & latitudine sentētiarum.

- Hieremias qui tempore Iosiæ, Ioachim, & Sedechiæ, quando sententia eiectionis, de terra sancta opere complebatur: propheta uit, per
  - Cōciones,
    - Ante prædicationē iniunctæ prophetię vbi declaratur.
      - Qualitas & conditio legati. capite primo.
      - Forma, seu tenor mandati. versiculo. Tu ergo accinge lūbos tuos, &c.
      - Iustificatio decretæ pœnę ab.
        - Ingratitudinem Iudæorum. cap. 2.
        - Summam Clementiam Dei. cap. 3.
        - Facilitatem veniæ consequendæ. cap. 4.
        - Præuaricationem omnium. cap. 5.
        - Peruersionem sacerdotū & prophetarum. c. 6.
        - Profanationem templi & sacrificiorum. c. 7.
        - Mēdatia & impietates Scribarū & doctorū. c. 8.
        - Defectum lachrimarum pro peccatis. cap 9.
        - Cæcitatem & ignorantiam Iudæorum. cap. 10.
        - Pactum cum filiis Israel. cap. 11.
      - Difficultas & periculum huius legationis cap. 12.
    - In ipsa prædicatione contra
      - Rectores & præsidētes.
        - Primo contra vrbem Hierusalem. cap. 21.
        - Secundo, contra Regem cap. 22.
        - Tertio, contra malos prophetas & doctores. cap. 23.
      - Subiectos, indicendo populo persequutiones. cap. 24. & minando falsis prophetis, vsque ad cap. 28
      - Eos qui remanserant in Hierusalem, trāsmigrantibus aliis in Babyloniam, atq. ita prophe ta.
        - Consolatur egressos in Babyloniam. a cap. 28. vsq. ad 34.
        - Prædicit captiuitatem Sedechiæ, & remanentibus in Hierusalem desolatio ciuitatis intimatur. cap. 34.
        - Tradit memoriam de libro suo primum confecto, deinde combusto, ac tandem iterum refecto. cap. 35. & 36. vbi de Rechabitis, qui non bibebant vinum, ob obediētiam, erga Ionadab agit.
        - Infert persequutionē tertiam, qua capitur & incarceratur ipsemet. cap. 37 & 38.
        - Historiam de captiuitate Hierusalem & combustione templi, muriq. destructione subiungit. cap. 35.
      - vbi considerantur
        - [illegible]
          - Figuli, & confracti vasis. cap. 18.
          - Lagunculæ & testei vasis. cap. 19.
        - Effectus, qui alius ferè non erat, quam quod Propheta fuerit persequutioni subiectus: & pro beneficio prędicationis acceperit iniurias. cap. 20.
    - Post prędicationem, & executionem prophetiæ
      - Narrat primo, quanta beneuolentia Hieremias populum secum vna liberatum, & reliquias superstites contra consilium suum descendentes in AEgyptum, prophetando sit prosequutus, a cap. 40. vsque ad caput 46.
      - Deinde hæc prophetia, ad alias extenditur nationes: vt puta AEgyptios, Palestinos, Moabitas, Amonitas, Babylonios, a cap. 46. vsque ad cap. 50.
      - Tandem lamentatur combustionem templi, & deprædationem valorum. cap. 51. & 52.
  - Lamentationes quatuor de
    - Ciuitate Hierusalem, quæ erat caput Regni cuius deplorat.
      - Authoritatem deperditam, ibi. Quomodo sedet, &c.
      - Lætitiam & iucūditatem sublatam, ibi: Plorans, &c.
      - Securitatem amissam, ibi. Migrauit Iuda, &c.
      - Celebritatem festorum oblitam, ibi. Viæ Sion, &c.
      - Pacem & tranquilitatem, ibi. Facti sunt hostes, &c.
      - Fortitudinem & bellicam probitatem derelictā, ibi: Egressus est a filia Sion, &c.
      - Prosperitatem, & affluentiam rerum absentem, ibi: & recordata est Hierusalem, &c.
      - Laudem & famā obscuratā, ibi: Peccans peccauit, &c.
      - Pulchritudinem deformatam, ibi. Sordes eius, &c.
      - Cęremonias diuini cultus prohibitas, ibi. Manum suā missit ad hostes, &c.
      - Sacietatem & saturitatem relegatam, ibi. Omnis populus quærens panem. &c.
    - Toto regno Israel prout Regem cum omni populo continet: vbi declaratur planctus prophetę loquētis ad se ipsum desolatum, cuius sermo ad totum Israel cōuertitur: salutare adhibendo remediū. vbi oratio ipsius, & pium oraculū exprimitur, toto cap. 2.
    - Passione Christi Domini, & eius acerbissima afflictione. cap. 3.
    - Desolatione diuini cultus, vbi deplorat desolationē templi, & inquirit causam desolationis prædicendo futurā consolationē. c. 4.
  - Orationem, quę per suas periodos & clausulas: apte & deuote compositas
    - Clementiam Dei mouet, ibi. Recordare Domine.
    - Calamitatem exponit, ibi. Hęreditas nostra.
    - Iniurias illatas recenset, ibi. Mulieres Sion.
    - Dignitatem pristinā deplorat, ibi. Senes defecerūt de portis.
    - Iustam punitionem ob culpam agnoscit, ibi. Vę nobis, quia peccauimus.
    - Maiestatem diuinam semper permansuram prędicat, ibi. Tu Domine in ęternum permanebis solium tuum in generatione, &c.
    - Ad diuinitatem confugit, ibi. Quare in perpetuum obliuisceris nostri? Derelinques nos in longitudine dierum.
    - Diuinam seueritatem contemplatur, ibi. Repulisti nos iratus est contra nos vehementer. cap. 5.

Libri Prophetales, qui Apocalypsi in nouo testamento correspondent: diuiduntur in

- **Baruch** cuius prophetia spē futuræ reuelationis: a Chaldeis destructā iā Hierusalē aduertit, & cōtinet
  - Prophetiam, quæ declarat
    - Summum eius studium placandi Deum, per
      - Oblationem & sacrificium. à principio cap. 1. vsque ibi. Dicetis Domine Deo, &c.
      - Confessionem omnium peccatorum, ibi. Auerte iram, &c.
      - Orationem & supplicationem feruentem, inde vsq. ad versiculum. Audi Israel. cap. 3.
    - Salutarem admonitionē, ibi. Audi Israel. vsq. Obliti estis, &c.
    - Lamentationem ciuitatis Hierusalem, sub figura nutricis. c. 4.
    - Promissionem regalem & diuinam, a Deo ipsi Hierusalem aduēturam. cap. 5.
  - Epistolam, vbi prohibetur idololatria: narratur captiuitatis causa, & detegitur idolorum falsitas & ignominia, cap. 6.

- **Ezechiel**, qui cum Ioachim Rege Iuda captiuus ductus est in Babyloniam, vbi prophetauit, eius opus partitur in
  - Oraculum quatuor animalium significantium quatuor monarchias, quatuor item Euangelistas & virtutes. cap. 1.
  - Missionem Ezechielis, & demandatur munus prædicandi. cap. 2. & 3.
  - Comminationem iudicij & pœnarū, quæ nunciat Iudæis obuētura.
    - Obsidionem & famem Hierusalem. cap. 4.
    - Captiuitatem & dispersionē populi. cap. 5
    - Depopulationem, atq. desolationē regionis. cap. 6.
    - Abominationes & scelera, quæ fiebant eo tempore in Hierusalem. cap. 7.
    - Euersionem ciuitatis: & templi combustionem. cap. 9. & 10.
    - Animaduersionem in Principes, Reges & Prophetas. 11. 12. & 13.
    - Exclusionem omnis spei, de ferendo remedio. cap. 14.
  - Multitudinem peccatorum populi Iudaici, & Hierusalem, quibus pœnas demeruit, sub parabolis
    - Vitis. c. decimo quinto.
    - Sponsæ deformis. cap. 16.
    - Aquilæ grandis. cap. 17.
    - Leenę & Leonis. c. 18. & 19
    - Saltus, & nemoris combu rendi. cap. 20.
    - Gladij elimati. cap. 21.
    - Scoriæ, stamni, ferri, & æris. cap. 22.
    - Duarum, vnius fœminę filiarum, cap 23.
    - Leenæ & pinguis animamalis. cap. 24.
  - Planctum super Pharaonem Regem AEgyptiorum. cap 25.
  - Denuntiationē excidij aliarum nationum, scilicet Amonitarū Tyriorum & AEgyptiorum. a cap. 26. vsque ad 36.
  - Promissionem futuræ consolationis, & populi ab exilio reuocationem. a cap. 33. vsque ad 40.
  - Structuram tabernaculi, & noui templi. a cap. 40. vsque in finem.

- **Daniel**, qui tēpore captiuitatis, in Babylone prophetauit: habet duas partes.
  - In prima.
    - Ostēditur Danieli collatum.
      - Donum intellectus & sapientiæ. cap. 1.
      - Donū, vt possit intelligere.
        - Somnia. cap. 2.
        - Visiones. cap. 3.
        - Audita. cap. 4.
        - Scripta. cap. 5.
    - Probatur sanctimonia Danielis. dum iussu Regis mittitur in lacum, & incolumis euadit. cap. 6.
    - Exponitur prophetia de
      - Successione quatuor monarchiarum, sub figura bestiarum: & de regno quinto Christi. cap. 7.
      - Destructione Medorum, & erectione Græcorum, sub figura arietis, & hirci. cap. 8.
      - Reductione Iudæorū ex captiuitate, de morte Christi, sub mysterio septuaginta hebdomadarum. c. 9.
      - Deuastatione regni Græcorum, & persequutione Machabeorum & ibi de Antichristo. cap. 10. & 11.
      - Resurrectione & iudicio extremo. cap. 12.
  - In secunda, traditur hymnus puerorum, & historia Susannæ docetur cap 13. Belis etiam & Draconis fabulæ euulgantur. cap. 14.

- **Oseæ**, cuius prophetia fuit in Iudæa, sub Ozia, Ioathā, Acaz, & Ezechia Regibus: habet quinque partes.
  - In prima sub persona vatis.
    - Significat in se ipso, sub figura filij fornicarij, pœnam venturam populo, captiuitatem duarum tribuū ad tempus & decem perpetuo, cæcitatem & duritiam cordis eiusdem populi, illuminationem quoque credentium ex Iudæis. capite primo.
    - Demonstrat captiuitatem fuisse iustam. cap. 2.
    - Aperit aliam conuersionem filiorum Israel, cum plenitudo gentium intrauerit, postquam multos dies sine altari & sacrificio extiterint credendo in Christum. cap. 3.
  - In secūda sub persona iudicis.
    - Introducit Dominum disceptantem cum populo, qui nolebat subire pœnam a Domino inflictam, & decem tribubus cōminatur supplicium propter ignoratiam & idololatriam. cap. 4.
    - Ingreditur iudicium cum sacerdotibus, principibus & maioribus, cōminatur duabus tribubus negligentibus suum consilium: & reprehendit Israelitas, quod afflicti non confugiant ad Deum, sed ad Regem Assyriorum. cap. 5.
    - Ostendit Iudæos postea reuersuros ad Christum, de cuius æterna generatione, temporaliq. natiuitate & resurrectione multa habentur: promittit misericordiam duabus tribubus, & alijs decem negat. cap. 6.
    - Reddit rationem, quare decem negata sit misericordia tribubus, & duabus tantum concessa. cap 7.
  - In tertio... [illegible]
    - Ostendit culpas transgressorum legis, assumendo Hieroboam, super se in Regem decem tribus, contra diuinam voluntatem: pœnas quoque demonstrat, dum persequutionem ab Assyriis tempore Phalthegla[r], Phalasar, Salmanasar Senacherib, recenset, & aliam perse[quutionem] ... [illegible]
  - In quarta sub persona patris ex postulātis cum filiis, arguit filios Israel, de ingratitudine quā habuerunt ob
    - [illegible] eductionem & liberationem ab AEgypto. cap. 11.
    - Protectionem Iacob in peregrinatione sua ad Mesopotamiam, Syriæ. cap 1[2].
    - Conseruationem totius populi Iudæorum in deserto. capite decimo tertio.
  - In quinta, sub persona amici consulentis, concludit prophetiam, exprimendo indignationem suam cōtra filios Israel, quod Dominum dereliquerint, cap 14.

- **Amos**, qui sub Ozia, quādo Elias prophetauit, minatur.
  - [illegible] Toti Iudaicæ regioni, deuastationem prædicit. cap. 1. ... declarat.
  - Vindictam diuinitus in omnem gentem exercendam, & bonis gloriam, malis vero pœnam æternam infligendam esse tradit. cap. vltimo.
  - Primo Damasco, Gazæ, vel Philisteis, Tyro, Edom, & filiis Amon cap. 1.
  - Deinde Moab, Iudeæ etiam, seu duabus tribubus: & aliis etiam decem Israel. cap. 2.
  - Tertio, filiis Israel reprehendit ob
    - Idololatriam. cap. 3.
    - Impœnitentiam. cap. 4.
    - Iniustitiam, rapinam, & violentiam. capit. 5.
    - Lasciuiam & superbiam. cap 6.
    - Malitiam & affectatam ignorantiam. cap. 7.
    - Auaritiam. cap. 8.
  - Postremo, diuersimode prophetiam suam reuelat, & minatur Israelitis obstinatis in peccatis, misericordiā: aliisq. duabus tribubus in Christum credentibus, clementiam: ac demum Christum, & in eum credituros introducit.

- **Abdias**, qui prophetauit contra Idumeam, & persequutores filiorum Israel, tempore Regis Iosaphat vnico capite
  - Inuehitur in Idumeos, propter eorum.
    - Superbiam & arrogantiam.
    - Scientiam vanam & mundanam.
    - Inuidiam & malitiam contra Iacob.
  - Promittit filiis Iacob, quantum ad tribum Iuda durationem perpetuam, & Iesu Christi Saluatoris præsentiam, in monte Sion.

- **Ionas**, qui Niniuiti euersionem vrbis prophetauit: & in sua prophetia describit.
  - eipsum.
    - Domini imperio resistentem, & ob id in mare proiectum. cap. 1.
    - Prodeuntem, magno miraculo de vtero Ceti. cap. 2.
    - Obedientem diuino imperio & mandato cap. 3.
    - Dolentem de non impleto oraculo suo, & quasi demendatio erubescentem. cap. 4.
  - Regem & populum Niniue commotos, egisse pœnitentiam. cap 5.
  - Dominum monentem & demulcentem, sub signo viridis hederæ, quę percussa exaruit. cap. vltimo.

- **Micheas**, qui contra Hierusalem & Samariam prophetauit, duas habet partes.
  - In prima, comminatur filiis Israel, propter
    - Peccatum
      - Idololatriæ. capite primo.
      - Calumniæ, & iniustitiæ. capite secundo.
      - Incredulitatis & cōtumaciæ, erga prophetas, â Deo missos, illi populo.
    - Culpam principum, imposturas & seductiones pseudoprophetarum. cap. 3.
    - Communia delicta, tam principum, quam prophetarum. codē capite.
  - Consolatur ostendendo.
    - Vocationem gentium, & multorum Iudæorum ad regnū Christi, & potestatem eius, seu Ecclesiam, exitium quoque Chaldeorum & Babyloniorum. cap. 4.
    - Nobilitatem Christi, in patientia, in ortu in Bethlem, in generatione æterna, in matre virgine, in vocatione Apostolorum, dispersione quoque & triumpho eorum in orbe. cap 5.
    - Suauitatem legis Christi, in nouis & plurimis beneficiis diuinis, in exclusione oneris antiquæ legis, in substitutione nouorum consiliorum, vbi etiam aperit scelera filiis Israel. capit. 6.
    - Scandalum & obcæcationem Iudæorum, miratur eorū nequitiam: & suam fidem declarando, orat pro eis. cap. 7.

- **Nahū**, qui Assyriis & Niniuitis relapsis, interitum futurum, tēpore Micheæ prophetauit, & tria facit.
  - Primo, minatur in vniuersum pœnas, diuinam transgredientibus legem, & Regi Assyriorum Senacherib. cap. 1
  - Niniue depopulationem, a Nabuchdonosor faciendam indicat. cap. 2.
  - Causam tanti mali, multitudinem fornicationum assignat. eodem cap.
  - Niniuem ludibrio fore gentibus prædicat, & Regni Assyriorum gloriam, sicut locustæ quæ aduolant, transituram demonstrat. cap. vltimo.

- Minores Prophetas, qui minora feri pſe evolumina ſunt
  - Abacuc, qui cõtra Babylonẽ & Nabucdonoſor prophetauit, ſub Manaſſe continet.
    - Quærelam prophetæ, quare Deus ſinat impios proſperari, & à Nabuchdonoſor opprimi, qui inuictus videbatur omnibus, & victoriam idolo ſuo adſcribet. capite primo.
    - Reſponſum diuinum, vbi
      - Primo, præparat ſe, ad audiendum illud, & oſtendit futurum eſſe loculentum. cap. 2.
      - Secundo, diſcurrit per vitia, quibus regnum meruit excidi.
        - Violentia, alia opprimendo regna.
        - Auaritia, cædes & malitia.
        - Ebrietas & crapula, in qua Balthaſar Rex interfectus eſt.
        - Idololatria. capite ſecundo.
    - Gratiarum actionem prophetæ, & ibi agit de
      - Tempore incarnationis, ibi. In medio annorum, &c.
      - Loco ibi. Ab auſtro &c.
      - Modo, ibi. Operuit cælos, &c.
      - Paſſione eiuſdem Chriſti. ibi ſplendor eius, &c.
      - Deſtructione mortis, ibi. Ante faciem eius, &c.
      - Spoliatione inferni, ibi. Egredietur diabolus, vbi etiam de
        - Conuerſione totius orbis ad Chriſtum.
        - Iuditio extremo.
        - Liberatione populi a captiuitate Caldaica.
        - Titulo quoque Chriſti. ibi. Gaudebo in Ieſu Deo, &c.
  - Sophonias, propheta uit ſub Ioſia, in Hieruſalem idolorũ deſtructionem: habet quinque partes, per quas prophetiam ſuã & eiuſdem ſignificatum declarat, continet autem
    - Comminationem generalem, ad omnes populos.
    - Caſtigationẽ ſpecialem, ad
      - Habitatores Hieruſalem & ſacerdotes.
      - Reges & Principes & ſatitantes.
      - Quibus addit magnitudinem tribulationis. cap. 1.
    - Exhortationem ad pœnitentiam, ibi. Quærite Dominum, &c.
    - Exterminium Philiſtinorum, Moabitarum, Æthiopũ, Aſſyriorum & Babyloniorum. cap. 2.
    - Cõſolationem futuræ libertatis ciuitatis Hieruſalem, vbi propheta.
      - Incipit ab exprobratione, oſtendendo eos indignos conſolationis.
      - Promittit præſentiã Chriſti, & Iudæos malos tunc obcæcatum iri prædicit, & quoſdam eorum in eum crediturus aduertit: multaſq gentes, vt in Chriſtum credant, Iudæis adiungendas declarat: ibi etiam exaltationem Eccleſię ſeu Hieruſalem ex gentibus, notat.
  - Ageus, qui in fine captiuitatis Babylonis, toti populo in Iuda & Hieruſalem exiſtenti, reędificationem templi prophetauit, quatuor enuntiat
    - Reprehendit negligentiam & torporem eorum, qui poſt aduentum de Babylonia, non curabãt conſtructionem templi.
    - Deo hoc diſplicuiſſe, duplici confirmat ſigno.
      - Altero, quod ex templi neglectu, ſequuta ſit paupertas & inopia.
      - Altero, quod ex inſtauratione templi, abũdantia ſit futura & vbertas.
    - Exhortatur populum ad ędificationem templi. capite primo.
    - Promittit
      - Filiis Iſrael Chriſtum, & bonum ſucceſſum, copiam etiam rerum temporalium.
      - Zorobabeli, Meſſiam ab eo deſcenſurum in fine capitis ſecundi.
  - Zacharias qui [illegible]
    - Tẽpus pręſens inſtaurationis templi, & ibi confortationem
      - Totius populi, qui admonetur, ne ſit incredulus. & promittitur ei conſolatio, prędicitur quoque quatuor regnorum, quę Iudæos vexarunt, deſtructio. cap. 1.
      - Ad ciuitatem Hieruſalem & templi eius ędificationem, vbi promittitur apparitio Angeli, metiri volẽtis ciuitatẽ, & introducitur alterius Angeli apparitio, hoc prohibentis, vocanturq. filij Iſrael diſperſi in toto orbe.
      - Ad habitandum in Hieruſalem reædificata, oſtenditurq. filios Iſrael ad alios populos adiungendos. cap. 2.
      - Ieſu ſacerdotis magni, qui venerat de Babylone, ad ędificandum templum, vbi propheta.
        - Intuetur
          - Ieſum in veſte ſordida, & Satã aduerſantem ei.
          - Culpam, ipſi Ieſu remiſſam.
        - Audiuit promiſſionem amplitudinem, factam Ieſu.
        - Conuertit prophetiam ad Chriſtum naſciturum. cap. 3.
      - Zorobabelis ducis primarij, & ibi
        - Inquiritur miſterium aurei candelabri.
        - Praedicitur Chriſtus naſciturus, ex Zorobabele.
        - Petitur expoſitio duarum oliuarum, quae deſignant duos filios Dei, Zorobabelem, & Ieſum ſacerdotem. cap. 4.
    - Futurum iubilationis tẽpus in Hieruſalẽ, quod continet
      - Prophetiã eorũ, quae infra tempus Zorobabelis & Machabeorũ futura ſunt, vbi quatuor praedicit.
        - Idololatriam abolendã, & tres viſiones: vnã de volumine maledictionis, alterã de amphora & impietate ſuper ea ſedente, tertiã vero de duabus mulieribus, ſeu tribubus Iuda & Iſrael, in captiuitatem Babylonicam ductis cap. 5.
        - Medorũ Monarchiã, à Græcis diſtinguendam, ſub figura quadrigarum quatuor, nempè
          - Equorum rufforum, ſignificãtium Aſſyrios.
          - Equorum nigrorum notantiũ Medos.
          - Equorum alborum, indicantium Græcos.
          - Equorum variorum colorũ aduertentium Romanos.
        - Principatum Ieſus ſacerdotis in ęgnũ futurum, per ſucceſſores, vt [illegible] Machabæos. cap. 6.
        - Probitate eorum & promittitur eiſdem victoria, contra ciuitates Tyri, Sidonis, Gazę, Aſcalonis, & reliquarum.
        - Deinde ne Machabæum pro Deo habeant, aduertit & aduentum Chriſti deſcribit, [illegible]
      - [illegible] Romanorum, qui Hieruſalem deſtruxerũt, & Iudæos per orbẽ diſperſerũt. in qua parte agitur de
        - [illegible] eſt eſſe venundationem Chriſti, ſub parabola duarum virgarum, duo pacta à Deo cũ Noe & Abraham facta ſignificãtiũ, vbi docet dandum fore Antichriſtum, doctrinam veri Dei reſpuentibus. cap. 11.
        - Perſequutione fidelium & congregatione Iudæorum, quæ poſt deſtructionem Hieruſalem à Romanis ſequuta eſt, vbi tractatur de collectione primitiuæ Eccleſiæ, & protectione eiuſdem à Deo, de planctu etiam piorum ſuper paſſione Chriſti. cap. 12.
        - Diſperſione Iudæorũ & infidelium, vbi prædicitur ſacramentorum eficacia, ceſſatio pſeudoprophetię, & idolorum, fideles quoque veritatem & fidem zelaturos, ita vt filios tradant: & paſsionem Chriſti aduertit, falſoſq. prophetas arguit. cap. 13.
        - Fine & conſumatione ſeculi, vbi agitur de obſidione Hieruſalem per Romanos, & aduentu Domini ad iudicium, gloriaq. ſanctorum in cælo, & pœnis damnatorum in inferno, de congregatione etiam fidelium, & conuerſione Romani imperij ad Eccleſiam, ſanctitate & deuotione gentium ad fidem conuerſarum. cap. 14.
  - Malachias, qui ad Iſrael de futura ſacrificiorum ſublatione, eiſdem temporibus, quibus Zacharias, poſt reditum à Babylone prophetauit, reprehendit Iudæorum
    - [illegible] muneribus ſupponebant viliora, ob idq amiſſuros ſacerdotium dicit.
    - Impudentiam ſacerdotũ, qui oblatis non contenti murmurabant dicendo: Quale præmium habemus pro labore noſtro?
    - Tranſgreſſionem pacti inter Deum & Leui, Aaron, Moyſen, Phines & filios eius.
    - Superbiam & contemptum ſacerdotum, & aliorum.
    - Laſciuiã & voluptatẽ, quia mulieres deformes ex captiuitate pro pulchriorib' cõmutarẽt, vt apparet in Eſdra
    - Deſperationem, quia dicebant malos in eodem pretio atque bonos a Deo haberi. cap. 2.
    - Falſam eſſe iſtam opinionem & blaſphemam. cap. 3.
    - Huic blaſphemiæ, opponit diem iudicij, in quo nulli bono male, nec malo bene, ſit futurum dicit, de Elia etiã agit. cap. 4.

Epilogus veteris teſtamenti, qui harmoniam & correſpondentiam cum nouo, indicat.

EN Tibi, ſapientiſsimè Lector, totius ſacri & veteris teſtamenti ſtructuram, ac methodicam figuram: in qua breui lectione, ſtatum populi Dei, per omnes eius partes & ætates poteris percipere. Habuit enim Eccleſia infantiam, à conditione primorum parentum, vſque ad tempora Noe: & pueritiam, a Noe vſque ad tempora Abrahæ. Poſt Abrahamum autem in Moyſe, incœpit adoleſcentia, quæ dilatata eſt per Ioſue & ſequentes iudices, per Reges quoque & Prophetas, vſque ad ſuam iuuentutem, in qua ſub cura Pontificum & Prophetarum, clariſsimas de Chriſto & regno eius, reuelationes tradentium: velut ſub pedagogo, vſque ad plenitudinem temporis, deguit. Tunc vt innuit D. Paulus ad Galatas. 4. Miſit Deus filium ſuum vnigenitum, factum ex muliere factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret. Cuius redemptionis fructum, illi maxime comprehendunt & aduertunt, qui magnalia Dei in ſacra ſcriptura, veluti in quodam clariſſimo ſpeculo cõtemplantur: quibus ſpeculum noſtrum, ſacri vtriuſque teſtamenti, ſummam complectens offerimus. Legales igitur libros Lector aduertat & conferat, & ſi omnipotentiam Dei in creatione rerum per Geneſim notat, & clementiam eiuſdem cum populo Hebræo per Exodum aduertit, in Leuitico etiã ſacrificia & cæremonias, quibus Deus coli voluit perſpicit: in Numeris quoque diuinam patientiam Hebræos tolerando admiratur: ac in Deuteronomio perſeuerantiam eiuſdem in ferendis incredulis cognoſcit: vertat conſeſtim oculos, ad regeneratorem omnium Chriſtum, & in Matthæo propter nos hominem factum legat, doctorem veritatis in Marco notet: in Luca redemptorem & hoſtiam agnoſcat, & in Ioanne præmiatorem, & aquilam volantem ad terram promiſſam credat. Si autem in libris Hiſtorialibus, exempla virtutum & vitiorum, vt bonum amplectamur, & a malo terreamur aduertit, vt ſi verbi gratia in Ioſue fidelitas in ducatu populi repræſentatur: in libro Iudicum punitiua iuſtitia Dei, multoties ſubiciendo ſuos captiuitati manifeſtatur. ſi in Ruth prouidentia eius, & in libris Regum & Paralipomenon gratia Dei in electione Dauid & exaltatione Salomonis animaduertitur: ſi in Eſdra prudentia, qua eum direxit, ad petendam licentiam a Cyro & Dario, de reuerſione a Babylonia in Hieruſalem, cum vaſis ſanctis videtur: in Tobia etiam paupere & cæco magnificentia eius oſtenditur, & in opere Iudith magnanimitas indicatur: aut in Iob admiranda Dei prouidentia cernitur, & in Machabæis tolerantia laborum & tormentorum, pro defendenda lege ſua conſpicitur: hæc etiam omnia in Actibus Apoſtolorum aduertantur. Ibi enim fidelitas Petri & aliorũ Apoſtolorũ pro fide pugnantium ſignatur: ibi iuſtitia punitiua Dei, in Anania & vxore eius indicatur, prouidentia eius in communicatione Spiritus ſancti ad Apoſtolos, gratia in electione Matthię, prudẽtia in ſapienti diſputatione diſcipulorum, magnificentia in augmẽto perſequutæ Eccleſiæ, magnanimitas in conuerſione Samariæ, & Simonis Magi a Philippo facta: prouidẽtia Dei in cõuerſione Pauli, vt ſit electionis vas, demonſtratur, vſque ad decimum caput: & tolerantia laborum per principales partes mundi, inde vſque ad vltimum notatur. Si autem ſummam laudandi Deum ex Pſalmis, & œconomicam ex Prouerbiis, ex Eccleſiaſte monaſticam ad cõtemptum mundi: ex Canticis ſapientiam heroicam & guſtatiuam, ex ſapientia, prudentiam regendi alios: & ex Eccleſiaſtico Deum totius ſapientiæ fontem eſſe percipis: hæc omnia in epiſtolis Pauli Petri Ioannis, Iacobi & Iudæ Thadæi patefiunt. Quando autem in veteri inſtrumento futurarum rerum reuelationem, per quam a peccatis auocemur, quis aduertat, & Deum benigniſsimum ex Eſaia in vocatione gentium, ex Hieremia rigidum, comminantem captiuitatem, ex Ezechiele veniam promittentem peccatori & pœnam iuſto ſe ab eo auertenti, ex Daniele omnium præſcium & Dominum, ex duodecim aliis prophetis vt lucem veritatis, per duodecim articulos fidei contemplatur: iſta omnia in Apocalypſi Ioannis tremendam eius maieſtatem & admirandam excellentiam notando, cognoſces. Modo autem breuem hanc, circa literalem vtriuſque teſtamenti ſenſum tibi delineationem præbeo, vt ampliſſimum ſacræ ſcripturæ campum aliquantulum aperiam. Expectabis poſtea in ſecũda æditione, circa ſenſum tropologicum, allegoricum & anagogicum, non dedignandos & iam paratos labores, ſi tamen has primitias æquo, vt ſpero animo percipias.

Cum licentia & priuilegio, Cæſarauguſtæ, apud Laurentium Robles. 1597.

MIRABILIS ET MAXIME VTILIS: INTEGRA, VNIVERSALIS ET PARTICVLARIS, TOTIVS NOVI TESTAMENTI DISTRIBVTIO: PVLCHERRIMA DELINEATIO ET METHODICA DIVISIO.

Vniuersali omnium Domino, vnico rerum creatarum reparatori Christo Iesu, Mesiæ in lege promisso, & Euangelicæ doctrinæ, totiusq; veritatis Magistro: Petrus Hieronymus Sanchez de Liçaraço, præsens Schemma dicat, ac Typum consecrat.

NOVVM Et vetus testamentum (vt à te ipso homines sciunt Iesu dulcissime) tanta inter se harmonia cōcinnunt, quod primi & antiqui cōtextura & exaratio, secundi & noui, sit velut basis & figura, atque ita primum vmbram continet, & secundum veritatem declarat. Illud tanquam inuolucrum & doctrinæ tegmē reiiciendum fuit, & istud velut doctrinæ fructus amplectendum. Illud authorem gratiæ promisit, & istud iam venisse, & cum hominibus conuersatum fuisse tradit. Vnde si omnia (vt dicit Apostolus) patribus contingebant in figuris: nos iam re figurata gaudemus & fruimur te, qui vera es sapientia, & dicis: Scrutamini scripturas, quia ipsæ testimonium perhibēt de me. Qui ergo eas nō scrutatur, nec considerat: testimonium tuum nescit, & tanquam mortuus in mundo existit. Quia vt dicit Hieronymus in epistola ad Paulinum, quæ vita potest esse sine scientia scripturarum, per quam ipse Christus agnoscitur? Qui cibi? quæ mella sunt dulciora, quam Dei scire prudentiam, qui nunquam solus est? Discamus ergo (dicit sanctus ille Doctor) in terris: quorum scientia perseueret in cælis. Quod præcipue in sacra percipitur scriptura, quæ (vt ait D. Gregorius lib. 20. Moralium. cap. 1.) omnem scientiam atque doctrinam transcendit: quæ vera prædicat, & ad cælestem patriam inuitat, à terrenis desideriis cor legentis reuocat, & dictis obscurioribus fortes exercet, & paruulis humili sermone blāditur. Nec ita clausa est, vt pauesci debeat, nec sic patet vt vilescat, sed vsu fastidium tollit: & tanto plus diligitur, quanto amplius meditatur. Huius veritatis conscius magnum Ecclesiæ luminare Augustinus, homines ad huius diuinæ sapientiæ fluuium inuitans, in libro de laudibus sacræ scripturæ, sermone 38. ad fratres in eremo dicit. Rogo vos, discite sacram scripturam, sæpe legite, quę omni melle dulcior est, fortior vino, lenior oleo, sublimior auro, argento purior: præcipue in Deum prouocat, & Deum diligere inuitat, corda illuminat, linguam purificat, conscientiam probat, animam sanctificat, fidem roborat, diabolum reiicit, peccata spernit, animas frigidas calefacit, lumen sciētię ostēdit, tenebras ignorantię expellit, tristitiam seculi extinguit, lętitiam Spiritus sancti accendit, sitienti potum tribuit, de insipientibus sapientes facit, primos de nouissimis ponit, magnos de minimis, nobiles de ignobilibus efficit, naturam frenat, prohibet leuitatem, temperat dolorem, confert spem, coronat senem, docet iuuenem, mitigat dedignātes, reuocat errantes, instruit ignorantes, sanat ęgros, roborat infirmos, brutos facit sensatos, somnolentos excitat, otiosos increpat, laborantes lętificat, pigros excitat, credētibus gratiam dat, Reges humiliat, humiles exaltat, honores multiplicat: qui hanc intelligit, & diligenter legem implet, in regno cęlorum maximus vocabitur, & in pręsenti Ecclesia pręmia & munera obtinebit. Videant ergo, qui tanta & tam nobili scientia carent, quot fructibus & commodis priuentur, & agnoscant, quod si eam ignorant, omnem scientiam videntur ignorare, quia ex ea omnes scientię pendent. Hoc ostēdit idem citatus Augustinus, in Epistola ad Volusianum, quando de hac loquens materia dicit: hinc philosophica, quoniam omnes omnium naturarū causę, in Deo creatore sunt: hinc Æthica, quoniam bona vita & honesta, non aliur de formatur, cum ea, quę diligenda sunt, & quemadmodum sunt diligenda diligūtur: hoc est Deus & proximus: hinc Logica, quoniam veritas, lumenq. animę rationalis, non nisi Deus est. Iam igitur, si rationales scientię in Logicis, morales in ęthicis, & naturales in philosophicis, sine sacræ scripturæ perfecta notitia ignorantur: oportet omnis scientiæ illum cognitione destitui, qui istius sacri luminis participatione, & diuinæ paginę intellectione orbatus fuerit. Cuius, vt facilior amplior, & fructuosior habeatur notitia, ad oculum, in isto & in veteris testamenti schemmate, figuram quandam, quasi viuam & loquentem expressi & depinxi: vt eius ductu, volentes tantum sibi thesaurum comparare: ac methodice & cum ordine, sacrum textum & eius mysteria adiscere (vno velut oculi ictu) totum eiusdem corpus & organum, sibi ipsis (vt possibile est) repræsentent, mirabilem illius structurā percipiant, harmoniam & cōsensum vtriusq. testamenti ineffabilem aduertant & fructibus illius gaudeant: ita vt tanto munere & cibo satiati & adiuti, te ipsum, qui vera es sapientia cognoscere, & intime diligere quærant, cuius fauore & auxilio, hæc omnia efformata & digesta fuere, modoq. sub sacri nominis tui protectione prodeunt: vt sic, quemadmodum ait Salomon, Ecclesiastes cap. 1. Ad locum vnde exeunt flumina reuertantur.

Obseruatio ad Lectorem.

Nomen, quia dicitur,

[illegible] per eandem fidem omnes iusti salui facti sunt (vt dictum est) prima appellatur, quia à Deo primo fuit data, omnis enim lex Christum & Euangelium respexit, tanquam finem co[illegible]
Gratia, quia non quasi debitum iustitiæ, redditum est Euangelium, sed gratuito datum. Augustinus in expositione Pauli ad Romanos inchoata.
Euangelium, non propter ea bona tantum, quæ iam extitissent, sed propter ea, quæ futura essent. Chrisostomus Epistola ad Romanos in principio.
Nouum siue secundum testamentum, iuxta Augustinum lib. 18. de Ciuitate Dei. cap. 54. Quod est perfectio veteris testamenti, sic dictum, quod æternę vitæ contineat promissionem. Idem contra Faustum lib. 15. cap. 2.

Cōtinuationem cū veteri.

Quia initium Euangelij finis est legis. Diuus Chrysostomus in Euangelium Marci hom. 1. vbi enim lex desinit, ibi Euangelium incipit.
Quia lex vetus dispositio quædam est ad nouam, quod Liranus præfatione in quatuor Euangelistas innuit. Paulus 3 ad Galatas. cap. confirmat, dum legem dicit fuisse pedagogum nostrum in Christo, quod ad Galatas 4. iterum concludit: quia quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt a seruo, licet sit Dominus omnium, sed sub tutoribus & actoribus est, vsque ad præfinitum tempus a patre ita inquit Paulus, & nos cum essemus paruuli, sub elementis mundi huius eramus seruientes: at vbi venit plenitudo temporis misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorū reciperemus, vbi Paulus paruulos vocat, sub legis seueritate degentes, quod & Hieronymus ad Algasiam ostendit, vbi legem Moysis & totum vetus instrumentum, elementa mundi vocauit, quibus quasi elementis & religionis exordiis Deum discimus.
Quia lex vetus prophetia est noui testamenti: & ita viso quid in primo dicatur, videndum quomodo in nouo compleatur.

Impletionem, qua Christus Dominus legem & prophetas impleuit

Primo, in se quando natus est & vocatus est Emanuel: quando circuncisus est: quando presentatus est in templo, & oblatum est pro illo sacrificium, duo turtures, aut columbæ: quando fugit in AEgyptū: quando in Nazareth conuersatus est: quādo cum asina templum fuit ingressus: quando a pueris laudatus est: quādo crucifixus est inter iniquos: quando felle & aceto potatus est, quando in manibus patris sui spiritum commendauit, quando vestimenta sua diuidenda reliquit, quando descendit ad inferos & visitauit omnes dormientes, quando ascendit in cælum, quando sedit ad dexteram patris, quando adhuc venturus est, vocans omnes gentes ab ortu ad ocasum, & alia quę tunc fient prophetata sunt.
Secundo, legem impleuit, quo ad modum viuendi duobus modis. Alius fuit, quando exteriores legis figuras soluit, interiores veritates eius adimplens: vt puta in lege præcepit omne opus seruile in Sabbatho, quemquam facere non debere, præter quam quod fit omni animæ, scilicet, quod necessarium est vitæ humanæ. Hoc figurale est, quia sic Deus in sabbatho cessat ab opere Spiritualiter vero secundum Euangelicam veritatem opus seruile eo tempore, peccatum est, quoniam omnis qui facit peccatum seruus est peccati, omne autem opus bonum non est seruile sed liberale, & pro animæ fit libertate, licet videatur in prima facie ipsum opus corporale. Vides ergo, quia Christus sabbathis operans, ad impleuit legem & non soluit: manifestauit & non occultauit. Alius autem modus adimplendi legem, in istis minimis consistit, de quibus Saluator noster differit Matth. 5. Mandata enim Moysis in actu facilia sunt, non occides, non adulterabis: & ideo in remuneratione modica, in peccato autem magna. Mandata autem Christi, idest, ne irascaris, ne concupiscas, ipso actu difficilia sunt: & ideo in remuneratione magna, in peccato autem minima. Author operis imperfecti in Matthæum. homilia. 10. Vnde legem naturalem nullo modo sustulit, & in veteri vincula, ad eam custodiendam ademit.

Conuenientiam, cū veteri testamento, quo ad

Scopum, quia vetus licet imperfecte, ad Deum tamen authorem gratiæ, per fidem venturi Messiæ disponebat: & inde est quod Moses pro inimicis orat, quod Christus in nouo fieri testamento præcipit.
Authorem, quia vtriusq. testamenti author & principium fuit Deus.

Differentias veteris & noui testamēti, quia

Quod in lege est litera, in Euangelio est gratia, illa habuit vmbram, ista veritatem, illa data est propter transgresionem, ista propter iustificationem, illa ignoranti ostendit peccatum, ista agnitum iuuat vt vitetur, illa flagitiis deditos increpat, ista peccantes bonitate propria liberat, illa talionē decreuit reddere, ista pro inimicis orare iussit, illa coniugio multas habere crescere & generare præcepit, ista continentiam suasit: illic prædicatur circuncisio carnis: hic lauacrum in ablutionem cordis & animæ: illic Canaam regnum & promissiones rerum temporalium continentur, hic vita æterna regnumq. cælorum promittitur, illic Sabbathi otium & requies celebratur, hic Sabbathi requies in Christo habetur, qui dixit: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, & inuenietis requiem animabus vestris. Illic pecoribus immolatis, carnis & sanguinis hostiæ offerebantur, hic sacrificium corporis & sanguinis Christi offertur, quod per illa animalia figurabatur, ibi ex carne agni Pascha celebratur, hic Pascha nostrum immolatus est Christus, qui est verus agnus immaculatus, illic neomeniæ, seu principia nouæ Lunæ celebrantur, hic noua creatura in Christo accipitur, in lege res gestę, pro figura in significationem futurorum annuntiabantur, in gratia vero Euangelicæ veritatis, quæ enuntiata fuerunt explentur, in lege mandata scripta sunt & promissa, sed in Euangelica lege mandata tenentur, quæ legem implere, vel conseruare iubent, promissa vero in Euangelij plenitudine consumantur. Item lex monstrauit peccatum & non abstulit, sed suo terrore redactos homines seruos effecit, & inde spiritum seruitutis habuisse populum Hebræorum Apostolus docuit, Euangelium vero adueniens crudelitatem legis admonuit, peccata quæ lex puniebat per spiritum seruitutis, laxauit per spiritum adoptionis, filios ex seruis reddidit, amorem implendæ legis omnibus donauit: etsi deinceps punienda commisserint, per eundem adoptionis spiritum indulget, formam bene agendi præbuit, & vt possint agi quæ docuit spiritum adiutorium infudit, & vt Iunilius libro ad Primasium Episcopum dicit, veteris testamenti intentio est, nouum figuris & enigmatibus demōstrare, Euangelij autem ad ęternę beatitudinis gloriam, humanas mentes accendere. Isidorus lib. differentiarum.

Contenta in nouo testamento, ad Ecclesię institutionem & constructionem.

Euangelium Christi, in quo tum vita & actiones ipsius describuntur, tum salutaris doctrina, proprio eius ore promulgata, qui totius Ecclesię caput est explicantur.
Doctrina Apostolorum, qui diuino spiritu afflati, Ecclesię in Christo fundatę ędificium consumarunt: Christus enim Ecclesiæ suæ dedit Apostolos ad eam regēdam, Prophetas vt futura prędicerent, Euangelistas, vt Euangelium scriberent, & pastores, & doctores, vt curam animarum, & morum informationem susciperent.

Apellationes variæ Euāgelij quia dicitur

- Verbum fidei Roman 10. seu quod idem sonat prædicatio veritatis & vitæ. Ioan. 10.
- Virtus Dei ad salutem omni credenti. Rom. 1.
- Scientia salutis Lucæ 1.
- Cælestis epistola. Doctor Michael Medina, de recta in Deum fide lib. 3. cap. 9.
- Doctrina Christiana Matth. 4. & 9. Marc. 1. Lucę 4. & 6.

Attendenda in omni Euangeliorum discursu ad veram eorum notitiam habendam.

- Præcepta, in quibus consistit iustitia.
- Mandata, in quibus consistit charitas.
- Testimonia, in quibus consistit fides.
- Exempla, in quibus consistit perfectio.

In his omnibus attēditur vers scopus, quia

- Matthæus Christum, a lege promissum esse docet.
- Marcus, Regem omniū & dominum tradit.
- Lucas Saluatorem hominū describit.
- Ioannes filium Dei esse asseuerat.

Promissa in toto Euangelio, ex Chrysostomo in Euangelium Matthæi, in principio, & cap. 4. hom. 8. Nuntiat enim, & omnibus vere credentibus certissimo verbo promittit duodecim, nempe, pœnarum sublationem, veniam peccatorem, sanctificationem & iustitiam, adoptionem filiorum, redemptionem hominum, hæreditatem cęlorum, fraternitatem cum filio Dei, paternitatem Dei, resurrectionem mortuorum, immortalitatem vitę, societatem Angelorum, & possessionem glorię.

Typos & figuras Euangelistarum, nam

- Dicuntur Euangelistæ, quadriga Domini, Cherubin, quod interpretatur scientię plenitudo, & corpus plenum oculis, Hieron. ad Paulin. de diuinę & sacrę scripturę libris.
- Figurātur per quatuor
  - Illos in lege celebres Moysen, Aaronem, Nadab & Abiud. Augustinus. quęst. super Exod. cap. 102.
  - Mensas de quadris lapidibus, ad sacrificium & holocaustum extructas. Ezechiel. 11.
  - Virtutes Cardinales, Theologales etiam cum gratia, quę in hoc asimilantur quatuor fluminibus terrestris paradisi irrigātibus vniuersam terrā Ecclesię, virtutibus quoque, donis, beatitudinibus & fructibus perficiētibus animā.
  - Animalia, quæ apparuerunt Ezechieli. cap. 1. & Ioanni Apocal. 4. nempe
    - Homo qui Matthęum significat, de humanitate Christi & eius natiuitate tractātem, ibi. Liber generationis Iesu Christi, &c.
    - Leo, qui Marcum de resurrectione agētem monstrat, & sacerdotium Christi indicat, auditur enim vox leonis clamantis in deserto. Parate viam Domini, &c.
    - Virulus, qui Lucā a Zacharia sacerdote exordientem, & de regno Christi agētem declarat.
    - Aquila, quæ Ioannem assumentem pennas Aquilę figurat, & diuinitatis Christi sacramentum apperientem aduertit.

Harmoniā & consensum Euangelistarū, nam

- Discrepant nonnunquam verbis, tēporibus, locis, miraculis, recensendis, rebus etiam aliis minutioribus, quæ varie narrantur, ne videantur, vel ad decipiendum communi consilio fuisse congregatos, vel ex humana conspiratione, Euangelium cōdidisse: omnes tamen vnum Christum patefaciunt. Cyrillus in Euangel. Ioan. lib. 12. cap. 35.
- Conueniunt circa dogmata fidei Christianæ, nempe quod Deus factus sit homo, quod miracula sit operatus, quod crucifixus, quod sepultus, quod resurrexerit, quod ascenderit in cęlum, quod iudicaturus sit, quod salutaria pręcepta dederit, quod nō contrariam legem intulerit priori, quod filius Dei sit, quod vnigenitus sit, quod eiusdē etiā cū patre sit substātiæ. Chrysost. hom. 1. in Matth.

Causas, ob quas Euangeliū fuerit literis mandatum, nā

- Euangelij scribendi causa fuit, vt omnes crederent Iesum Christum esse filium Dei. Hilarius. lib. 6. de Trinitate.
- Sicut necesse fuit ad confirmationem fidei Euangelium prædicari: sic contra hæreticos scribi, idem prologo in Matthæum

Virtutem Euangelij, ex Hieronymo lib. 1. in Epist. ad Galat. quia non in verbis scripturarum, sed in sensu: non in superficie, sed in medulla, neq. in sermonum foliis, sed in radice rationis consistere certum est.

Diffinitiones Euangelij.

- Largo quodam modo, quodcunque nuntium dici potest Euangelium. August. contra Faustum. lib 2. cap. 2. qua ratione non dubitauit Origenes affirmare, aliquo modo Euangelium esse, quæ Apostoli scripserunt: cum ad Euangelistæ munus attineat adhortaria etiam ratione, fidem his quæ de Iesu tradita sunt adquirere. Origen. in præfat. ad Euang. Ioannis.
- Propriè tamen hoc vocabulum obtinuit annūtiatio saluatoris. Augustin. lib. 2. contra Faustum, cap. 2. & hoc modo narratores originis dictorum, factorum, passionum Domini nostri Iesu Christi, proprie dicti sunt Euangelistæ. August. ibidem.
- Aliam assignat Driedo lib. 2. cap. 3. diffinitionem dicendo, Euangelium est bonæ rei nuntium, a Christo manifestatum, in scripturis legis & prophetarum declaratū. Vnde dicitur Euangelium pacis, Euangelium regni cælorum, Euangelium salutis æternæ, Euangelium gratiæ Dei, Euangelium gratiæ & misericordiæ, Euangelium magni gaudij.

Sacra scriptura, consideratur secundo in nouo testamēto: quoad

Sacræ totius scripturę claues seu regulas, ad [illegible]

Prima regula seu clauis sapientiæ, de Domino Iesu Christo, & eius corpore mystico, quod est Ecclesia: potest sacra scriptura intelligi, quia per cōnexionem capitis ad corpus, sub vno contextu, quasi sub eadem persona, aliquando loquitur de vno transiens ad alium: verbi gratia. Isaiæ. 61 Induit me vestimento salutis, & indumento iustitiæ circūdedit me, quasi sponsum decoratum corona: & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Quod enim dicit, quasi sponsum loquitur de Christo, & quod sequitur quasi sponsam ornatam monilibus suis, intelligitur de Ecclesia.

Secunda regula est de corpore mystico vero & simulato, Ecclesia enim est sagena nondum tracta ad littus, continens pisces bonos & malos per mixtos, sed separandos abinuicem in fine mūdi, vt parabolice dicitur Matt. 13. Ideo in sacra scriptura, mali cōmendātur cū bonis, quibus sunt mixti, Ose. 11. Quia puer Israel & dilexi eū, & e cōuerso. Aliquando boni vituperantur cum malis, sicut Isaiæ 1. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, Israel autem non cognouit me. Aliquando in eodem cō[illegible] Nigra sum sed formosa, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis [illegible] refertur ad malos [illegible]

[illegible] Apostolus ad Galat. 4. loquens dicit. Is qui secundum carnem natus est, idest Israel, persequebatur eum, qui secundum spiritum natus est, idest Isaac, trahendo eum, & alliciendo ad malum. Et figurat spiritualiter malos, in Ecclesia persequi bonos, saltim moribus prauis. [illegible] accipitur sub eadē litera sensus historicus & mysticus, quia veritas historiæ est tenenda, & ad spiritualem sensum referens sensum literalem tantum, qui quandoq. duplex est, sicut illud quod Dominus dicit 1. Paral. 17. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium: hoc intelligitur secūdum literam de Salomone & de Christo, sed prout intelligitur de Christo, potest esse sensus spiritualis, secundum quid, in quantum Christus fuit figuratus in Salomone. Potest etiam aliter exponi dicta regula, vt referatur vtrunque ad [illegible]

[illegible] co. & Antonino. 4. p. titulo 11. cap. 2.

Quarta regula est de specie & genere, seu de parte & toto: cum de vno transitur ad aliud, sicut Isaias. 13. c. primo loquitur contra Babylonem specialiter, cum dicit onus Babylonis, idest, flagellum & malum inducendum super talem ciuitatem, & transit ad intelligendum verbum, de toto mundo generaliter, per hoc quod subdit. A summitate cæli Dominus & vasa furoris eius, vt disperdat omnem terram. Postea reuertitur ad loquendum de ciuitate illa Babyloniæ specialiter, cum dicit. Ego suscitabo super vos Medos, qui argentum non quærant, quia scilicet Darius Medus, cum nepote suo Cyro Babylonem cœpit, & interfecit Balthasarem Regem eius, Daniel. 5.

Quinta regula est de temporibus, quæ contingit quadrupliciter: vno modo per synedochen, quando ponitur pars temporis pro toto, sicut in Euangelio, cum Christus dicitur fuisse in sepulchro tribus diebus, & tamen prima dies & vltima non fuerunt completæ. Secundo modo propter minutias temporis, quæ aliquando computantur, aliquando omittuntur, & secundum scripturam loquentem de aliquo numero annorum, ponit plures annos prædictas minutias computans, alio loco pauciores prædictas minutias omittendo. Tertio modo contingit, eo quod computatio annorum, incipit in vno loco scripturæ, a priori tempore, & in alio loco a posteriori: sicut Genesis 15. dictum est Abrahæ. Semen tuum peregrinum est futurum, quadrigentis annis, & Exod. 12. dicitur, quod mansio filiorum Israel in Ægypto, fuit per quadringentos annos: quia computatio huiusmodi maioris numeri incipit a tempore, quo dictum est Abrahæ Genesis 12. Egredere de terra tua: computatio vero minoris temporis incipit a natiuitate Isaac, quæ fuit triginta annis post egressum Abrahæ de Aran. Quarto modo contingit, eo quod scriptura loquitur de futuro per modum pręteriti, vt illud Isaię 9. Paruulus natus est nobis, & hoc est ad denotandum certitudinem: prophetiae huius euentus de futuro: est ita certus sicuti si iam praeteriisset, propter certitudinem diuinae praesciētiae, ex qua fit reuelatio prophetis. Sed aduerte, quod prædictus modus loquutionis, habet locum in prophetia praedestinationis, seu praescientiae: non vero in prophetia comminationis, quae frequenter mutatur, vt patet in exemplo Ezechiae, cui dictum fuit: Dispone domui tui, quia morieris tu & non viues Isai. 38. & itē Niniuitis, vt patet ex prophetia Ionae.

Sexta regula est de recapitulatione & anticipatione, in sacra enim scriptura non semper eodem ordine gesta & facta scribuntur, quo fiunt: & ideo quando praeponuntur posteriora dicitur anticipatio, quando vero fit e conuerso, seu priora postponuntur, dicitur recapitulatio, sicut Genesis 10. dicitur. Ab his diuisae insulae gentium in regionibus suis, vnusquisque secundum linguam suam: & postea cap. 11. dicitur. Erat autem terra labij vnius, & sermonum eorundem, ex quo patet, quod illud, quod dicitur in 10. cap. de diuisione linguarum, dicitur per anticipationem: similiter Genesis 2. post quam Moyses descripserat creationem caeli & terrae, & ornatum eorum dicit. Istae sunt generationes caeli & terrae, quod est per recapitulationem.

Septima regula est de dęmone & eius corpore, quia vt dicit beatus Gregorius, in homeliis. Certe omnium malorum hominum, caput diabolus est, & omnes iniqui mēbra eius, & ideo propter connexionem capitis ad membra, scriptura loquens de vno, in eodem contextu transit ad loquendum de altero. sicut Isai. 14. cap. loquens de Rege Babylonis, scilicet Nabuchdonosor, qui erat diaboli membrum, transit ad loquendum de principe daemonum, cū ait, Quomodo caecidisti de caelo Lucifer, qui mane oriebaris, & Ezechiel loquens de principe Tyri, quodam tyranno malo, transit ad loquendum de diabolo, cum dicit. Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia & decore.

Continuatione actorum Apostolorum cum Euāgelio.

- Liber Actorum, continet mandatū illud, quod a magistro suo Christo, Marci vltimo, acceperunt Apostoli, cum dixit Dominus: Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturae.
- Vt enim in ipso Euāgelij volumine, modus describitur, quo lex noua a Christo lata est, atque aedita: ita in hoc libro promulgationis ostēditur ratio, quae eodem Spiritu sancto authore (ministerio vero Apostolorum) vniuerso mundo publicata fuit, glossa Lyrae in principio super Euangelia, & ibi doctores latissimè hoc explanant & disserunt.

Finem, ob quem Paulus quatuordecim scripsit epistolas, i.

- Vt omnes Christi doctrinæ obediant, & per hoc vitam consequantur æternam, qui etiam cognitionis Euangelij finis est, cuius notitia hominem perficit. Ioannis .17.
- Vt notha atque adulterina à nobis dogmata amoliamur, & veris ac germanis doctrinis Ecclesiæ sanctæ, ad bene beateq. viuendum, nos muniamus.
- Vt habeamus perpetuos veræ doctrinæ fontes manantes, ad animæ nostræ sitim satiandam.

Ordinem temporis epistolarum diui Pauli, quas ex diuersis locis, ad diuersos scripsit. Prima ad Thessalonicenses, ex Athenis. Secunda ad Thessalonicenses, ab Athenis non multo post missa. Prima ad Corinthios, ex Epheso. Secunda ad Corinthios, ex Troade. Prima ad Timotheum ex Laodicea. Vnica ad Titum, ex Nicopoli statim post superiorē. Vnica ad Romanos, ex Corinthio in Achaia. Vnica ad Galatas, ex Epheso: quas omnes scripsit priusquam Romā vinctus duceretur. Ex Roma autem scripsit vnam epistolam ad Philippenses, alteram ad Philemonem, alteram ad Ephesios, alteram ad Colossenses: quas ibi vinctus vno tabellario misit. Illam autē, quæ ad Hebræos appellatur, ex Roma à primis vinculis solutus scripsit: quæ vero ad Timotheum secunda dicitur, in fine dierum à Paulo scripta est, cum iam secundo à Nerone in vinculis teneretur. Has omnes epistolas sancti patres, eo ordine quo sunt in Biblia collocarunt, quod non est mirandum, si prophetarum ordinem attendis, qui non secundum tempora succedunt, Chrysostomus in præfatione epistolæ ad Romanos: attento tamen ordine, videbis primo eas, quæ ad fidem, secundo, quæ ad opera pertinent collocari: quibus etiam adduntur epistolae sanctorum, Iacobi de sustinentia aduersitatis, Petri de amore supernae & diuinae charitatis, Ioannis de fuga carnalis voluptatis, Iudae de deletione peccatorum, & superna scriptura, gratia quoque virtutum bonorum operum.

Continuationem epistolarum, nam primo dicenda erant, quae in Actis Apostolorum, generaliter ad omnes pertinebant: deinde singula, quae ad aliquos specialiter expectabant, erant demonstranda.

Continuationem Apocalypsis cum epistolis, quia vt veteris instrumenti libri, in scripta diuiduntur, legalia, historialia, sapientialia & prophetica: ita noui quoque testamenti librorū, alij legales sunt, vt Euangelia: alij historiales, vt acta Apostolorum: alij sapientiales, quales sunt Apostolorum epistolae: alij qui prophetici dicuntur, vt diuina est beati Ioannis Apocalypsis, seu reuelatio, in qua ab Apostolis fundata Ecclesia, recipit notitiam earum, quas passura est, tribulationum, vt iacula quae praeuidentur, minus feriant.

Distributionem librorum.

- Legalium, in quibus de fundamento religionis Christianae & Christo eius capite agitur.
  - Matthaeus, qui nomine Publicanus, Leui quoque & Apostolus dictus est, Euangelium Hebraice sermone, Hierosolymis, ob eorum maxime caussam, qui in Iesum crediderant ex Iudaeis, Iacobo fratre Domini Hierosolymorum Episcopo interpretante, cudit, & temporalem Christi natiuitatem, per viginti octo capita tractat.
  - Marcus, qui Romae ab Apostolo Petro praedicatum Euangelium conscripsit, non vidit saluatorem, eum tamen Alexandriae, in Ægypto quoque Pentapoli & Lybia praedicauit, de resurrectione Domini & eius fortitudine per 16. cap. disserit.
  - Lucas, qui praedicantem Paulum audiuit, cuius etiam fuit discipulus & insignis medicus, Euangelium literis mandauit, vbi specialiter de sacerdotio, passione & morte Domini per 24. cap. disputat.
  - Ioannes, qui Ephesi apud Gaiū existens, indicto prius fratribus ieiunio, diuinitatem saluatoris per Euangelium aperuit, Asianis eum cogentibus, per 21. c.
- Historialiū, qui vnico solo Apostolicorum Actorum libro continentur, agit de
  - Initiis Ecclesiæ nascentis, prædicationem quoque Euangelij, per vniuersum totius ambitum, & fructus eiusdem prædicationis narrat à principio vsque ad caput. 11.
  - Priuilegiis & officiis hominis Christiani cap. 11. & 12.
  - Conuersione gentium à cap. 12. vsque in finem.
  - Persequutionibus Ecclesiæ Catholicę & triumphis, per totum discursum libri, vbi admirabilis Christi seruatoris ascēsio, Mathiæq in locum Iudæ electio, Spiritus sancti visibilis in discipulos Christi missio Pauli conuersio, peregrinatio & pressurę, vsque ad bienniu in incolatus eius, in Romana vrbe, huius libri author est sanctus Lucas, & prædicta omnia à Paulo accepit, sicuti & Euangelium, narratq. Apostolorum res gestas, per 28. cap.
- Sapientialium, qui de doctrina & progressu fidei Catholicæ agūt, per epistolas.
  - Pauli ad Ephesios de laudibus constantię in retinenda verę fidei catholicæ doctrina, hortatur eos ad digne coram Deo ambulandum, & omnia virtutum genera capessendum, per cap. 6.
  - Pauli ad Philippenses, de fugienda primatus ambitione & humilitatis studio amplectendo, vbi simpliciores ad constantiam in perferendis persequutionibus, vnitatem fidei, humilitatem veram, timorem Dei, patientiam sectandam hortatur: & vt sibi caueant à pseudoapostolis præmonet, per cap. 4.
  - Pauli ad Colossenses, in qua de recta ad Deum via, per fidei veritatem & amorem Christi, eiusq. doctrinam & hominis Christiani officia hortatur, per cap. 4.
  - Pauli primam ad Thessalonicenses, de habenda patientia in aduersis, gratias agit Deo pro fructibus fidei in eis, consolatur se & illos, quod bonum aliis credētibus præbeant exemplum virtutum, regulas varias tradit, vt errantes corrigat, per cap. 5.
  - Pauli ad Thessalonicenses secundam, de nouissimis temporibus, in ea charitatem eorum & fidem commendat, præmunit à timore iudicij, & fallaciis Antichristi, traditiones & pręcepta, quæ illis tradiderat seruare suadet, per cap. 3.
  - Pauli primam ad Timotheum, de officio Episcopi seu Ecclesiastica disciplina, in ea docet, quales debeant esse Episcopi & alij ministri Ecclesiæ, hortaturq. ad virtutes amplectendas & seruandas, per cap. 6.
  - Pauli secundam ad Timotheum, in qua eum in sui locum substituit & instruit, hortans eum ad martyrium, & informans de veritate catholica, de nouissimis temporibus, & passione sua, per cap. 4.
  - Pauli ad Titum, de honestate & vita clericorum instruit, ibi illum quales debeat ordinare Episcopos, presbyteros & diaconos: pseudochristianos & hæreticos, vitandos esse ibi scribit, per cap. 3.
  - Pauli ad Philemonem, de pœnitentibus in gratiam recipiendis, in qua fidem & charitatem Philemonis in sanctos collaudat, & vt indulgeat Onesimo seruo, precatur. per cap. 1.
  - Pauli ad Hebręos, de Euangelio & fide Christiana, contra legis antiquę cultum & obseruantiam, in ea defectum & euacuationem veteris legis & perfectionem nouę legis ostendit, & quod Christus verus Deus & homo sit, & Dei ac hominum mediator, per cap. 13.
  - Iacobi, de fidei fructibus & hominis Christiani operibus, suadet patientiam, Deum non esse personarum acceptorem docet, exaltat opera, sine quibus fidem mortuam esse dicit, malaq. ex vitio linguę prouenientia aperit, bella & controuersias reprehendit, & ad omnes hortatur virtutes, iuramenta esse vitanda, infirmos à presbyteris vngendos, peccata inuicem confitenda, & orationis efficatiam tradit, per cap 5.
  - Petri primam, de nouo induendo homine, & de reformandis in Ecclesia moribus, agit ibi gratias Deo, qui per passionem filij sui saluum fecit humanum genus, & ad Christi imitationem instruit, per cap. 5.
  - Petri secundam, in qua de futura rerum mutatione disserit, fidem laudat, hęreticos & eorum falsitates damnat, & secundum Christi aduentum describit per cap. 3.
  - Ioannis primam, de virtutibus theologicis fide, spe & charitate, ibi Deum esse charitatem & Christum aduocatum nostrum manifestat, amorem mundi dissuadet, & ad dilectionem Dei & proximi inducit, per cap. 5.
  - Ioannis secundam, de perfectione fidei, quæ consistit in charitate, in ea Electam & filios eius commendat, & fraternam charitatem hortatur, hæreticos etiam deuitare admonet. per cap 5.
  - Ioannis tertiam, de veris Dei filiis, quales solum sunt illi, qui bene operantur, seu de hospitalitate, pietatem & charitatem Gaij laudat, Diotrephem impietatis arguit, ac Demetrio bonum testimonium perhibet per cap 1.
  - Iudæ, in qua de fide cum charitate coniuncta tractat, impios & hæreticos damnat, eorum mores, & vitam describit, & variis rebus eos comparat, sanam doctrinam commendat, & fidem semel susceptam, & dilectionem Dei seruare admonet, & iudicium Dei impiis imminere tradit, per cap. 1.
- Prophetaliū, in quibus status Ecclesiæ militantis & triumphantis prædicitur vnico libr. Apocal. Ioannis continentur per septem visiones.
  - Prima habet septem epistolas, in quibus plenissime tradditur, quicquid ad verissimum pertinet christianismum, à principio libri vsque ad cap. 4.
  - Secunda, in qua sigillorum mysteria à cap. 4 vsque ad 8. per varias eorum explicationes traduntur.
  - Tertia, quæ habet septem Angelos tuba canentes, à cap. 8. vsque ad duodecimum.
  - Quarta, de muliere amicta sole, draconeq. mulierem insequente, ac de ore flumen aquarum (post fugientem in desertum locum) mittente: ibiq. de bestiis, è mari, terraq. ascendentibus, a cap. 12. vsque ad 15.
  - Quinta, de effusione septem phialarum iracundiæ Dei viuentis, mariq. vitreo, igne mixto: de his etiam qui vicerunt bestiam & eorum lætitia, cātantium carmen lætitiæ agni, a cap. 15. vsque ad 17.
  - Sexta, in qua describitur Babylon, & agitur, tum de illius, tum de bestiarum, draconisq. condēnatione, ac de terrore eorum, qui pereunt, & consolatione eorum, qui salui fiunt, a cap. 17. vsque ad 21.
  - Septima, quæ est de Sabbatho & gloria, quam electi habituri sunt, sub illud tempus, & in seculo futuro, a cap. 21. vsque ad finem, totius libri Apocalypsis.

Prima,quia Esaiæ.11.dicitur:Egredietur virga de radice Iesse,&c.& Hierem.23.Suscitabo Dauid germen iustum,& regnauit rex.& Ezechiel 37. Ego assummam filios Israel de medio nationum, & erunt mihi populus,& seruus meus Dauid erit Rex super eos,& princeps in perpetuum.Ageus etiam 2.cap.ad Zorobabel,qui descendit de semine Dauid ait:Ponam te quasi signaculum,quia elegi te.& Zachariæ 4.dicitur de Zorobabel,quod educet lapidem primarium,hoc est Christum, vbi de semine Dauid descensurum,prophetæ prædicti,& alij tradunt:Matthæus quoq. primo sui Euangelij.cap.Genealogiam Christi,qua ab ipso Dauid descendit, describit.

Secunda nota,quia Isaias cap.7.ex Virgine Messiam nasciturum prædixit,dicens:Ecce virgo concipiet & pariet filium,&c. Hoc in Christo esse completum Matthæus indicat, dum ex Angeli apparitione ad Ioseph,de Spiritu sancto esse,quod Maria gestabat in vtero,aduertit cap.2.

Tertia nota,quia Isaias cap.60.ait.Surge illuminare Hierusalem,quia venit lumen tuum,& gloria Domini super te orta est,quia ecce tenebræ opperient terram, & caligo populos,super te autem orietur Dominus,& gloria eius in te videbitur,& ambulabunt gentes in lumine tuo,& Reges in splendore ortus tui: & postea in eodem cap. dicitur. Inundatio camelorum opperiet te ,dromedarij Madian & Epha:omnes de Sabba venient , aurum & thus deferentes,& laudem Domino annuntiantes.Hanc prophetiam in Christo completam esse,tradit Matthęus,dum Reges Tharsis,Arabum & Sabba(vt Dauid prædicat Psalmo 71.)obtulisse Christo munera demõstrat.& stellam,quam olim Balaam Numerorum 24.orituram significauit,in Christi Domini natiuitate,vt Reges Tharsis adduceret,apparuisse aduertit. cap.2.

Quarta nota,quia nasciturum Messiam in Bethleem,Micheas propheta.cap.5.asseruerat:Et tu Bethleem Ephrata,paruulus es in millibus Iuda,ex te mihi egredietur.qui sit dominator in Israel,& egressus eius ab initio,à diebus æternitatis:& trucidandos paruulos Iere.cap.31.significauit,dicẽs: Vox in Rathma audita est,Rachel plorans filios suos.& Oseas secessurum in Ægyptum Messiam.cap.11.aduertit,ibi.Ex Ægypto vocaui filium.hæc in Christum cadere Matthęus aperte demonstrat. cap.2.

Quinta nota,quia Isaias cap.40.præcursorem viam Christo præparaturum significauit,dum ait:Vox clamantis in deserto,viam Dñi parate.& cũ per Malach.3. dicat Deus: Ecce ego mitto Angelum meum:iam venisse & eum fuisse Ioannem Baptistam asserit Matthæus.cap.3.& 11.

Sexta nota,quia regius vates.& Psalmographus affirmauerat,quod Angeli seruirent Messiæ & Christo.Psal.90.dum ait:Angelis suis mandauit de te , vt custodiant te in omnibus viis tuis:&,super aspidem & basiliscum ambulabis,&c.Iam hoc in deserto præstitum fuisse,vbi Dominus tentatus fuit,tradit Matthæus cap. 4.

Septima nota,quia Isaias cap.8.dicit:Liga testimonium,signa legem in discipulis meis ecce ego & pueri mei,quos dedit mihi Dominus.& cap 9.ait.Primo tempore alleuiata est terra Zabulon,& terra Nephtalim,via maris trans Iordanem Galileæ , gentium populus,qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Hoc fuisse completum in vocatione Petri,Andreæ,Iacobi & Ioannis,& in prædicatione à Christo facta per vniuersam Galilęam,scripsit Matthęus.cap.4.

Euangeliũ Matthæi Apostoli de tribu Leui, qui ob eorum causam, qui in Iesum crediderant ex Iudæis *Hebraice* illud cõscripsit,& sub specie hominis agit de Christi [illegible] per viginti octo capita.

Octaua nota,quia Isaias cap.11.ait.Erit iustitia cingulum lumborum eius.& Hieremias cap.23.scribit: Faciet iudicium & iustitiam in terra,& Oseæ.10. Tempus requirendi Dominum,cum venerit,qui docebit vos iustitiam:vbi Messiam prædicti prophetę traditurum legem aduertunt.& quod idem deberet eã renouare,asserit Hierem.cap.31. dicens:Et feriam domui Israel,& domui Iudę fœdus nouum,non secundum pactum,quod pepigi cum eis,&c.& idem dicto cap.31.ait:Hoc erit pactum, quod feriam cũ domo Israel,dabo legem meam in visceribus eorum,& in corde eorum scribam eam.Iam hæc omnia in Christo completa esse,affirmat Matthęus,cap.5.6.& 7.vbi sermo Domini in monte explicatio atque inouatio decalogi,traditio consiliorum nouę legis,in quibus consistit perfecta iustitia habetur , illis verbis:Nisi abundauerit iustitia vestra,&c.& ibi erat docens sicut potestatem habens,&c.

Nona nota,quia Isaias in venturo Messia opera miraculosa aduertit,& cap.35.dicit:Ecce Deus noster ipse veniet & saluabit nos,tunc aperientur oculi cæcorum,& aures surdorum patebunt tunc saliet claudus sicut ceruus,& aperta erit lingua mutorum.Hęc iam completa esse indicat Matthęus,dum cap.8.& 9.a Christo Domino curatos fuisse lepra infectos,& paralysi laborantes,& ab immundo vexatos spiritu dicit:Eundemq. Dominum potestatem exercuisse in ventos,mare & mortuos,& alia pœne innumerabilia miracula.cap.etiam 10.eandem potestatem,communicatam fuisse discipulis significat,& 11.cap.responsionem Domini ad discipulos Ioannis,quod cæci viderent, claudi ambularent,leprosi mundarentur,&c.declarat.

Decima nota,quia de humili Christi conuersatione. Isaias cap.42.dixit:Ecce seruus meus,&c. non clamabit, nec accipiet personam, nec audietur vox eius foris , calamum quassatum non conteret & lignum fumigans non extinguet,non erit tristis,nec turbulẽtus,donec ponat in terra iudicium.Ista per totum cap.12.significat & ostendit Matthęus,multa de humili Christi cum hominibus consuetudine tradens.

Vndecima nota,quia in persona Christi,ait Dauid Psalmo 77.Aperiam in parabolis os meum,loquar propositiones ab initio:& Isaias cap.6.Auditu audietis & non intelligetis,iuxta 72.Interpretes, hoc Matthęus scribit,13.cap.vbi parabolam de seminante narrat,& easdem prophetias,vt in Christo complentur inducit.

[illegible] Micheas cap.5.Et tu Bethleem Ephrata,&c.ex te mihi [illegible] naturam,loquuti sunt prophetæ: Isaias pro humana cap.9. ibi.Paruulus natus est nobis,& filius datus est nobis:& [illegible] super gregem pastorem vnum,qui pascat eum,seruum meũ Dauid. Ipse [illegible] tio a diebus æternitatis Isaias etiã dicto cap.9.pro diuina natura dicit:Vocabitur nomen eius admirabilis,consiliarius,Deus fortis,pater futuri seculi,&c. [illegible] dominator in Israel:& idem propheta in eodem cap.pro diuina natura,ait: Egressus eius ab initio [illegible] tura demonstratur in cap.16.& 17.apud Matthęum:diuina quidem,in responsione diui Petri Tu es Christus filius Dei viui,& in transfiguratione Domini,quia splenduit facies eius sicut Sol,humana autem in reuelatione passionis super eum futuræ,& solutione didrachmi. hæc vtraq. na-

Decima quinta nota,monarcham & hierarchicum fore Messiam,Isai.cap.9.prædixit dicens: Multiplicabitur eius imperium & pacis eius non erit finis. Daniel quoq. cap.7. significat in Christo suscitari regnum,quod alia regna destruat. Hoc autem imperium habuisse Christum Dominum indicat Euangelista Matthæus, cap.18.19.& 20. vbi agit de regno Christi,quod est Ecclesia,quomodo sit dispositum in humilitate.cap.18.ibi Quis putas maior est in regno cælorum? in fraterna charitate,ibi: Si peccauerit in te frater tuus,&c.in misericordia & pietate,ibi:ideo assimilatum est regnum cælorum:in castitate matrimoniali,cap.19.ibi.Si licet homini dimittere vxorem? In pudicitia virginali & viduali,ibi Sunt Eunuchi,&c.in paupertate,ibi.Si vis perfectus esse,&c .in probitate virtutum cap. 20. sub parabola de operariis conductis ad vineã excolendam:in concordia pace & tranquillitate,ibi.Et ascendit Iesus,&c.cap eodem.quo loco reprehenditur contentio duorum fratrum de ambitione, vbi etiam ostenditur,quod regnum Christi fundatum est,in precum & orationum assiduitate,quod cæcorum attenditur exemplo,qui ad Deum clamantes misericordiam cõsequuti sunt, cap.20.

Decima sexta nota,quia cum imperio in Christo iuncta debebat inueniri humilitas,prophetauit Zacharias, cap.9.ibi.Exulta satis filia Sion,iubila filia Hierusalem,ecce rex tuus tibi venit iustus & saluator,ipse pauper & ascendens super asinam,& super pullum filium asinæ,& loquetur pacem gẽtibus,& potestas eius,a mari vsque ad mare.Ingressum Christi in Hierusalem describit.cap.21.vbi ista ad verbum significantur.

Decima septima nota,cum circa Iudæorum excæcationem præcinnerit Isaias,cap.6.Excæca cor populi huius,&c.& idem cap.29.Claudet oculos vestros,prophetas & principes vestros,qui vident visiones operiet.Has prophetias cõpletas esse,in figura ficulneæ,quę nõ protulit fructũ & arefacta est(quę significabat Iudęos)probat Matthęus. Hoc item in parabolis de duobus filiis,de agricolis qui interfecerunt hęredem,de nuptiis & inuitatis,qui fuerunt indigni. cap.22. in specie etiam machinationis iniquę ibi. Tunc abeuntes Pharisęi,mittunt discipulos suos cum *Herodianis*,&c. aduertit:quod peccatum punitum esse,& maledictum esse Iudæis. cap.23.demonstrat.

Decima octaua nota.quia circa prophetiam Christi,futurum eum prophetam.significauit Moyses Deuteron.18.ibi.Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui,& iterum:Prophetam de fratribus tuis,sicut me suscitabit tibi Dominus Deus tuus,ipsum audies,vt petisti à Domino tuo in Oreb.Iam hæc completa esse , probat Matthæus.cap.24.& 25.quatenus Christus prophetauit destructionem ciuitatis & templi Hierusalem,futuram per Romanos Titũ , scilicet & Vespasianum Imperatores, & signa,quæ diem iudicij præcedent:quomodo etiam venturi sint homines ad iudicium,sub parabolis quinque virginum,& talentorum,inter seruos in lucrum distributorum: vbi etiam de forma celebrandi iudicium agitur,cap.25.

Decima nona nota,quia institutionem Sacramenti,in panem & vinum,regius prædixerat vates,dicendo de Christo Psalmo 109.ibi,Tu es sacerdos in æternum,secundum ordinem Melchisedec,qui vt patet Genesis 14.obtulit panem & vinum. Zacharias quoq. cap.9. dixit Quid bonum eius est, & quid pulchrum eius,nisi frumentum electorum,& vinum germinans virgines?ideo 26.cap.id ad effectum perductum esse,Matthæus tradit,vbi de cœna Domini agit.

Vigesima nota,quia Messiam prædixit Isaias passurum opprobria & ignominias,cap.53.ibi: Sicut ouis ad occisionem ducetur,& iterum.Propter scelus populi mei percussi eum,& cum sceleratis reputatus est:& idem cap.50.Corpus meum dedi percutientibus:Zacharias etiam cap.9 ibi. Tu quoque in sanguine testamenti tui,emisisti vinctos de lacu,in quo non est aqua:& idem 12.cap.Aspicient ad me quem confixerunt.Hieremias quoque, cap.9.ait Cogitauerunt super me cõsilia dicentes, mittamus lignum in panem eius de terra viuentium;Dauid item Psalmo 21.dicit.Diuiserunt sibi vestimenta mea,&c.quæ omnia & plura alia iam fuisse Christum passum, Matthæus à cap. 26. vsque ad totum 27. ostendit.

Vigesima prima nota,quia triumphum Christi, & gloriam eius prophetauit Oseas,cap.6.dicendo Viuificabit nos post duos dies,in die tertia suscitabit nos:& iterum cap.13. Ero mors tua,ò mors,morsus tuus ero inferne.& Psalmista;Caro mea requiescet in spe,quoniam non derelinques animam meam in inferno,nec dabis sanctum tuum videre corruptionem Psalm 15.Hoc fuisse completum manifeste declarat Matthæus.cap.28.

Vigesima secunda nota,quia gentes ad vnitatem fidei esse venturas.significauit Iacob Genesis 49.Ipse erit expectatio gentium,&c & Isaias 9.cap.Ipsum gentes deprecabuntur,& secundo. Ad eum fluent omnes gentes,& cap.49.Dedi te in lucem gentium,vt sis salus mea,vsque ad extremum terræ,& cap.42.Legem eius insulæ expectabunt.Zacharias etiam,cap 8.dicit. Apprehendent homines ex omnibus linguis,fimbriam viri Iudæi Malachias quoque cap. ait.Non est mihi voluntas in vobis, ab ortu enim solis,vsque ad occasum,magnum est nomen meum in gentibus.Hanc collectam ex omnibus gentibus Ecclesiam Christi esse,in vnitate fidei,ostendit Euangelista Matthæus, cap.28.vbi Christus Dominus,ait.Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra,euntes docete omnes gentes,baptizantes eos in nomine Patris & Filij,& Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia,quæ mandaui vobis,& ecce vobiscum sum omnibus diebus,vsque ad consummationem seculi.

Primo,in ministerio omnis spiritus,tam prophetici(vt Isaiæ,Malachiæ,Ioannis Baptistæ)quam etiam diuini,qui super eum missus est,sub specie colũbæ: Angelici quoque, nã & Angeli,ministrabant ei,apostatici etiam,seu dæmonum,nam ab obsesis expellebantur,& clamabant dicentes.Scimus quia sanctus Dei es, cap.1.

Secundo,in curatione morborum,febris,lepræ & omnium languorum corporis, quos Christus Dominus curabat,vt patet eodem cap.

Tertio,in remissione peccatorum, quæ sunt morbi animi,patet etiam in curatione paralytici,quem totum in anima & corpore Dominus curauit.cap.2. vbi hanc esse potestatem,in eo ostenditur.

Quarto,in legis dispensatione,nam moderatur eam dispensando cum discipulis, ne tam stricte cogerentur ieiunare sicut discipuli Ioannis, & mutat eam circa obseruationẽ Sabbathi a Iudæis obseruatam,cap.2.

Quinto,in subrogatione seu delegatione potestatis diuinæ,quatenus authoritatem suam transtulit in alios,ad curandas infirmitates,& dæmones eiiciendos. cap.3.

Sexto,in imperio super mare & ventos,qua de causa sub variis parabolis docuit ex naui, cap. 4.

Septimo,in potestate vitæ & mortis,quam probat Marcus ex ingressu spirituum immundorum in porcos, qui suffocati sunt duo millia,& ex suscitatione à mortuis per Christum,filiæ Archisynagogi,cap.5.per totum.

Euangeliũ Marci,qui dictãte Petro illud scripsit, agit principaliter de resurrectione Christi, sub figura leonis,& probat cũ esse Messiam, & Deũ per 16.cap.

Octauo,in prouisione alimentorum,quatenus Christus Dominus ob contemptum prophetæ in patria,& decollationem Ioannis Baptistæ,secedens in desertum, duobus piscibus & quinque panibus,hominum quinque millia pauit,cap.6.

Nono,in abrogatione traditionum impiarum,quatenus ipse arguitur a Pharisæis,quod discipuli sui non lotis manibus manducarent, & idem arguit eos, quod propter traditiones suas,mandatum Dei irritum fecerint.cap.7.

Decimo,in restitutione auditus & locutionis mutorum,nam surdos fecit audire, & mutos loqui.cap.7.

Vndecimo,in curatione visus spiritualis docendo Phariseos,& dicendo eis:Adhuc cęcatum habetis cor vestrum,oculos habentes non videtis, & aures habentes non auditis? Item quatenus corporaliter cæco,facultatem videndi restituit. cap.8.

Duodecimo,in mutatione naturæ patibilis in impatibilem, primo recitat diuersas hominum opiniones de Christo, secundo mortem & resurrectionem prędicit Christus, cap.8.& per hanc resurrectionem omnem mortalitatem exuturum declarat.cap.9.

Decimo tertio in potestate in exteros,quatenus virtus Christi non est alligata primo fundamento fidei, quia credenti omnia sunt possibilia : deinde exemplo extranei,qui etsi Christum minime sequeretur,neque ab eo subrogatus esset,demonia tamen in Christi nomine eiiciebat.cap.11.

Decimo quarto,in diuinę legis interpretatione,quatenus reprobat libellum repudij,& consilia perficientia legem, virginitatem nempe,castitatem & paupertatem refert. cap. 10.

Decimo quinto,in imperio Dauidico,vbi duo filij Zebedei,dicebant:Da nobis, vt vnus ad dexterã sedeat,& alter ad sinistram in regno tuo:cæcus etiam acclamans,ait:Iesu filij Dauid miserere mei,populus quoque eidem ocurrens dicit:Benedictus qui venit in nomine Domini,& benedictum quod venit regnum patris nostri Dauid, Osanna in excelsis.cap.11.

[illegible] annos,sub imperatorum Romanorum principatu,vsque ad Constantinũ,de aduentu quoque Antichristi, & iudicio extremo, [illegible] quem ipsum venturum prędixit,Marc.13.

Decimo octauo,in fortitudine & constantia,in perferendis malis,per totũ passionis suæ cursum,vsque ad mortem Crucis, quando Centurio testatus est eum,qui mortuus fuerat filium Dei esse,cap.14.& 15.

Decimo nono,in potestate,in mortem sui ipsius,quatenus Christus resurrexit ex mortuis, visibili, & viua corporis ostensione egit,ac communicauit cum Apostolis, & seipsum oculis eorum viuum manifestauit, Marci 16.

Vltimo,in imperio supra cælos ascendendo coram discipulis,vbi sedit in gloria Dei patris,& venturus est iudicare viuos & mortuos, cap.16.

Legales libri noui testamẽti, diuidũtur in quatuor Euãgelia, quæ sunt

Primum signum,ex his quæ contigerunt,in ingressu eius in mundum,quatenus Angelus annunciauit, & Mariæ dictum est. Vocabis nomen eius Iesum.Zacharias(qui pręcursorem Christi genuerat)obmutuit,exclamat Elisabeth:Benedictus fructus ventris tui,cum Mariam prægnantem vidit.Zacharias quoque canit:Benedictus Dominus Deus Israel,quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ:& hoc in primo descensu ad matris vterum.cap.1.In secundo vero descensu,quo natus est in mundo,demonstratur esse Saluator,per vocem Angelicam ad pastores:Ecce euangelizo vobis gaudium magnum.Per propheticas etiam voces Simeonis dicentis:Quia viderunt oculi mei salutare tuum:& Annæ,quæ superueniens confitebatur Domino,& loquebatur de illo in omnibus, quæ spectabant ad redemptionem Israel. Hoc idem demonstratur per Euangelicum contextum,quatenus Lucas cap.2.concludit.Et Iesus proficiebat sapientia,& ætate,& gratia apud Deum & homines. Item in tertio descensu, quo innotuit hominibus per baptismum Ioannis,ostensus est Saluator voce Dei patris de cælo aperto audita dicentis:Tu es filius meus dilectus,&c. Item in visione Spiritus sancti,sub specie columbę,vertici eius insidentis,& Euangelistæ Lucæ sermone,recensentis genealogiam Christi,a Ioseph viro Marię, & consanguineo,vsque ad Deum, per tria cap.

Secundum signum est,salutaris Christi conuictus & conuersatio,quatenus se ipsum prębuit exemplar agendi pœnitentiam,in ieiunio,cap.4.in religione & pietate erga Deũ & homines,veniendo in synagogam,& manifestando se Iudęis.In patientia & tolerantia,quatenus Iudęos eũ pręcipitare volentes non despexit,sed transibat inter illos. In ostensione liberalitatis,& beneficientię,quatenus lãguores hominum curabat,in manifestatione humanitatis & beneuolentię, prout degit perhumaniter inter peccatores,cap.5.In approbatione veritatis & sinceritatis,Pharisęorum hypocrisim reprehendendo & probando,licere Sabbatho benefacere.In publicatione tantę perfectionis,quantam nemo habuit,nec sit habiturus,vt concio eius de beatitudinibus manifestat.cap.6.In inuitatione misericordię & clementię,qua motus fuit erga seruũ Centurionis,& filium vnicum viduę,qui defunctus efferebatur,& in fauore peccatricis lachrymantis,& ad sanctissimos eius pedes procumbentis,cap.7.

Tertium signum est a summo studio & voluntate,quibus Christus veri executus est officium Saluatoris,per se vocando omnes homines ad salutem,parabolicis persuasionibus,quibus animos sanare conabatur peragrando Iudeę regionem,dęmones eiiciẽdo, languores curando,mortuamq. puellam excitando,cap 8. & etiam per alios idem effecit,nempe per Apostolos,quibus dedit virtutem & potestatem super omnia dęmonia:deinde per alios septuaginta duos discipulos,quos designauit.cap.10.

Euangeliũ Lucę, quod de sacerdotio Christi,sub figura vituli, ea quae Paulus dixit, tractat, & Christum omniũ esse saluatorẽ per 24. cap.& signa quaedã demõstrat

Quartum signum,sumitur a doctrina Christi,qua suo exemplo nos excitauit ad pietatis studium,reuocando nos ab in humanitate & inclementia, ad pietatem & misericordiam,sub parabola de sauciato homine.cap.10.Ab immoderatis curis,& distractionibus animi,ad vitam quietam vni Deo intentam,ibi:Porro vnum est necessarium.A liuore & inuidentia ad mutuam charitatem.cap.11. ab hypocrisi & simulatione, ad sinceram, & minime fucatam viuendi rationem, vbi obiurgat Phariseos & hypocritas,cap.12.Ab immodica solicitudine & cura temporalium,sub parabola diuitis,cui dictum est·Stulte ac nocte repetent animam,quæ habes cuius erunt?A nimia securitate & oscitantia,ad prouidentiam & diligentiam,ne mors imparatos opprimat,ibi:Sint lumbi vestri praecincti,&c.A pertinacia & animi obstinatione,ad pœnitentiam.c.13. ibi.Nisi pœnitentiam egeritis,&c.A comessationibus & pompa conuiuiorum.ad frugalitatem & benignitatem erga pauperes,vocando,non diuites & potentes, sed claudos & debiles,cap 14.Ab animi elatione & superbia,ad humilitatem & modestiam,conuersans & comedens cum peccatoribus, & Phariseis murmurantibus opponit parabolam nonaginta nouem ouium,decem quoque drachmarum,& filij Prodigi,cap.15.Ab auaritia & vitae mollitie ad liberalitatem,exemplo villici,qui fecit sibi amicos de mammona iniquitatis,& exẽplo diuitis epulonis,cap.16 Ab apostasia fidei,ad constantiam,dum Apostolis suis praedixit persequutionem futuram, ante diem iudicij.cap.17.A torpore animi & cordis taepore,ac acedia,ad deuotionem & instantiam orationis.cap.18.Ab otio & desidia,ad bonorum operum studium,& sedulitatem, exemplo Zachei,& hominis peregre proficiscentis,cap.19.Ab ira & acerbitate animi,ad mansuetudinem, quatenus patiendo Christus iniurias a Iudaeis,orat pro eis, & deflet eorum miserias.cap 19.A malitia & astutia,ad studiũ veritatis,conuincendo Phariseos & Scribas,&c.cap.19.A timore & pusillanimitate ad virilem perseuerãtiam, & animi firmitatem.cap.21.

Quintum signum est,salutiferus Christi ex hac vita discessus,in quo instituit sacramentum corporis sui,pro cibo animae: sudauit in signum lauacri salutaris: orat pro persequutoribus & pro nobis,conuertit latronem,& Centurio confitetur eum Deum,cap.22.& 23.

Sextum signum est,secessus & resurrectio,in qua & post frequenter se Apostolis ad oculum manifestauit:deinde discipulos euntes ad Emaus, mysteriis diuinis instruxit, & postea cœtum discipulorum caelestibus sacramentis imbuit. cap.24.

Euangeliū Ioannis Apostoli, Euangelistæ & Prophetæ, sub specie Aquilæ diuinitatis sacramentū refert in Christo, & Deum illi esse, per decem & nouem conditiones & illationē tradit.

Prima conditio, quia cū in tres in Trinitate personę, Patris, Filij & Spiritus sancti: de iis facit mentionē. De Patre quidem, ibi. Qui misit me baptizare, ille mihi dixit, &c. de Filio, ibi. Post me veniet vir qui ante me factus est, quia prior me erat. De Spiritu sancto, his verbis. Super quem videris Spiritum descendentem, &c. Hic est qui baptizat in Spiritu sancto. cap. 1.

Secunda conditio, quia par & æqua est ei cum Patre potestas, ostensa in mutatione naturæ, aquæ scilicet in vinum, in stupore, quem mentibus hominum, solo interdum aspectu iniecit, ita vt nemo se eidem opponere auderet, vt patet cum eiecit vendentes de templo, & in signis quæ faciebat, quibus multi compellebantur credere in Deu. cap. 2.

Tertia conditio, quia Christi proprium est saluare id affirmat idem Dominus, ibi. Oportet exaltari filium hominis, vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitā æternam testimonio item proprio eiusdem Ioannis dicentis. Qui credit in filium habet vitam æternam: qui autem incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. Baptismi quoque efficacia probatur, quia eo sacramento medio, salus ex Christo, in omnes fideles deriuatur. cap. 3.

Quarta conditio, quia ipse Christus cognoscit recessus cordium, vt patet in colloquio cum Samaritana: cui etiam res illius secretissimas, & quæcunque, vel occulte fecisset enarrauit, curauit etiam absentem longo interuallo Reguli filium. cap. 4.

Quinta conditio est, quia Patri ęqualis est, ibi: Pater meus vsque modo operatur, & ego operor, viuificat etiā mortuos sicut Pater: iudicat quoq; Quia Pater nō iudicat quēquam, sed omne iudicium dedit Filio: in die etiam iudicij homines ex sepulchris prodire faciet, ibi. Quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei. cap. 5.

Sexta conditio, quia satiat hominum corda & mentes, primo in miraculo, quo quinque ordeaceos panes, & duos pisciculos ita multiplicauit sua benedictione, vt quinque millia hominum satiarentur, & relinquerentur duodecim cophini fragmentorum, secundo in illa suauissima concione de pane vitæ (qui est Christus) hominum mentes reficiens, cap. 6.

Septima conditio, quia in scientia par fuit Deo, docens in die festo, excitans apud Iudæos admirationem, cum etiam dixit: Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me, ministri quoque Pontificum & Pharisæorum (qui cum Christum comprehendere non possent, dominis suis, à quibus vt illum caperent, ablegati erant) responderunt: Nunquam sic loquutus est homo. cap. 7.

Octaua conditio, quia æternus est sicut pater, nec ipse solus aliquid dicat, sed illa quę acceperit à Patre proferat: quod non iudicet secundum carnem, sed quemadmodum illi Pater præcepit: quod è supernis, & vnum cum Patre sit, & ita sit ante quam Abraham fieret. cap. 8.

Nona conditio, quia idem latrię cultus, quo Pater colitur, ei debetur, quia agit opera Patris, sic etiam passus est se adorari à cæco nato, cap. 9.

Decima conditio, quia eandem habet essentiam cum Deo, ideo dicit. Ego sum ostium, per quod si quis introierit saluabitur. Item, quia est pastor bonus cognoscens & obseruans oues suas, & habet potestatem ponendi animam suam, vnum etiam est cum patre: Ego & pater vnum sumus, cap. 10.

Vndecima conditio, quia excitat Lazarum, vbi misericordiam per lachrimas, commisserationem & consolationem, erga afflictas sorores ostendit. cap. 11.

Duodecima conditio, quia habet cum Deo æquale Regnum, hoc ostendit congratulatio Iudæorum, excipientium eum, cum acclamatione publica, & dicentium. Benedictus [illegible] clarificabo, quod pertinet ad eam gloriam & imperium, quod habet in toto [illegible] charitatem quam [illegible] & eam exhibuit, lauando discipulorum pedes, præcipiendo etiam idem [illegible] exemplum, vbi dicit. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, cap. 13.

Decima quarta conditio, quia indiuisa est ad extra Patris & Filij operatio, ibi Creditis in Deum? & in me credite, ego sum via veritas & vita. Nō credis ait ad Philippū, quia ego in Patre, & Pater in me est? & Pater in me manens ipse facit opera, si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. cap. 14.

Decima quinta conditio, quia Christus in collatione gratię æqualis fuit Patri, hoc ostenditur, similitudine vitis, quia vt ea nutrit palmites, ita Christus fidelibus sanctitatem impertitur: præmisit etiam gratiam, ibi. Elegi vos vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat. cap. 15.

Decima sexta conditio, quia multa mysteria & secreta communicauit discipulis, consolationem item in promissione missionis Spiritus sancti, in confessione etiam discipulorum dicentium Nunc scimus, quia scis omnia. cap. 16.

Decima septima conditio, quia habet cum Patre ęqualem fœlicitatem, ibi: Clarifica me tu Pater, apud te metipsum, claritate quam habui priusquam mundus fieret apud te. Item & ibi. Hęc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum, vbi etiam electis omnibus gloria promittitur, ibi: Pater quos dedisti mihi, volo vt sint mecum, vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante constitutionem mundi. cap 17.

Decima octaua cōditio, quia habuit maximam patientiam & longanimitatem, eamq; declarauit, patiendo se à cohorte ligari, quam paulo antea vnico solo verbo prostrauerat, sinendo se virgis, & flagellis cædi, illudi quoque, & cruci affigi, occidi tandem & aspectante matre, inter latrones reputari. cap. 18.

Decima nona conditio, quia ianuis clausis post Resurrectionem, dato prius pacis pignore, se se discipulis ostendit, & tanquam verus Deus dixit eis. Accipite Spiritum sanctū, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, quorum retinueritis, retenta sunt. cap. 20.

Illatio est quia ex supradictis conditionibus constat, illum quem Matthæus demonstrat Christum, Marcus imperatorem, Lucas saluatorem, esse verum Deum, & vnicum Dei filium, æqualis potentiæ & authoritatis cum Patre, vt Ioannes ostendit. Causam autem huius demonstrationis aduertit esse, vt credentes vitam habeant ęternam. Ob suas etiam causas, maximam huic Euangelio fidem deberi, tradit Ioannes, tum quod ipse mysteria facta viderit, & in sinu Domini in cœna recubuerit, tum etiam, quia voluit Dominus illum vsque ad consummationem seculi manere, vt patet ex illis verbis Domini ad Petrum: Sic eum volo manere donec veniam. cap. 21.

HÆC quatuor Euangelia, vnum tantum sunt, quia vnum nobis decantant Deum, mutuoq. sibi inhærent, & in toto orbe volitantia, huc illucq. discurrunt nec finem habent volatus, nec aliquando superantur, & recedunt, sed semper ad vlteriora procedunt, vt Hieronymus in cap. 1. Ezechielis testatur. Idem etiam in præfat. super Matth. dicit, quod licet multi alij Euangelia scripserint, solum hæc quatuor approbata fuerunt diuino mysterio, quia Ecclesia quę supra petram Domini voce fundata est, quatuor flumina paradisi instar eructans, quatuor & angulos & anulos habet, per quos quasi arca testamenti, & custos legis diuinę, lignis immobilibus vehitur, quęnam autem vera sint Euangelia (vt ait sanctissimus pater Augustinus) Ecclesia sacrosancta ab ipsis Apostolis, vsque ad tempora nostra, successionum serie deducta, nos docet. Circa quæ recte intelligenda, author operis imperfecti, in Matth. hom. 2. tradit regulam dicens: Sicut ex diuersis itineribus venientes ad vnam mansionem contendunt, sic & Euāgelistę ex diuersis occasionibus loquētes, in vnum sensum ingrediuntur, & vt ait Driedo de script. Ecclesiast. lib. 3. tract. 3. cap. 4. si apud vnū Euangelistam aliquid factum narratur, quod videtur ab alio Euangelista, aut recitatum, secundum aliquam tamē sui partem alteri repugnans, vt omnino solui non possit, iam nihil aliud intelligatur, quam vtrumq. in diuersis locis & temporibus factum esse: & gra vtrumq. Euangelistam verum dixisse, nihil enim obest veritati Euangelicę si vnus commemorat quod alter tacet, cum qua regula idem author aliam adiungit, lib. 5. tract. 2. cap. 3. dicendo, quæ vnus aut alter Euangelista narrat sine vlla temporis consequentis differentia, ea intelliguntur facta secundum ordinem, quem trahere possumus ex alio Euangelista. Quę si apud omnes Euangelistas recensentur facta, non intimata temporis consequentis differentia, pro certo credantur facta, quamuis factarum rerum series sit nobis incerta. Haec enim omnia scripta sunt ad nostram instructionem, circa quam non est dicendum (vt August. de consensu Euangelistarum. lib. 1. cap. 15. aduertit) quod ipse Dominus nihil scripserit, quandoquidē membra eius id operata sunt, quo etiam dictante ea cognouerunt, quidquid enim suis factis & dictis nos legere voluit, hoc scribendum illis, tanquam suis manibus imperauit.

Corroborationem, & confirmationē Ecclesiæ, vbi agitur de

- Promissione Christi, qui adhuc cum discipulis conuescens, & loquēs de regno Dei, præcepit eis, ab Hierosolymis ne discederent, vsque dum acciperet gratiam Spiritus sancti, in ipsos superuenturam, à principio capit. 1. vsque ad versiculum. Et cum hæc dixisset, &c.
- Aspectu ascendentis Christi, cum triumpho & gloria, nam videntibus Apostolis eleuatus est, & nubes suscepit eum, ab oculis eorum, versiculo. Et cum hæc dixit, cap. eodem.
- Subrogatione Matthiæ in Apostolatum Iudæ, in diebus his. Exurgens Petrus dicto cap. 1. vsque in finem eiusdem.
- Duorum virorum, seu Angelorum, in vestibus albis astantium testimonio, quod idem Christus, quem in cælum assumptum viderunt, sic iterum postea, sit venturus. versiculo. Cumq. intuerentur, &c. ibidem.
- Spiritus sancti missione in corda Apostolorum, quibus in die Penthecostes, iuxta præceptum Domini congregatis, & in oratione perseuerantibus, apparuerunt dispertitæ linguæ, tanquam ignis, seditq. supra singulos eorum, & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui varijs linguis, prout spiritus dabat eloqui illis. a principio cap. 2. vsque ad versiculum. Stupebant autem omnes, &c.
- Grauissima illa Petri disputatione, qua refutauit calumniam eorum, qui Apostolos magnalia Dei loquētes, musto plenos esse asserebant, per prophetias.
  - Ioelis capite secundo, de Spiritu sancti missione sub his verbis: Et erit in nouissimis diebus, &c. & ibi. Effundam de spiritu meo super omnem carnem, &c.
  - Dauid Psalmo decimo quinto, de Resurrectione Christi, versiculo. Prouidebam Dominum, in conspectu meo semper, &c. quoniam non derelinques animam meā in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.
  - Item eiusdem Dauid Psalmo 109. de Ascensione Domini, vbi probat, non Dauid, sed Christum Dominum ascendisse in cælum, ibi. Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum.

Augmentum & accessiones, quibus Ecclesia prima creuit.

- Prima, in triū millium animarum conuersione, dicto cap. 2 [illegible]
  - In Euangelij prædicatione, quatenus Petrus, his qui salutis consequendæ inquirebant rationem, prædicauit pœnitentiam & baptismum, vt donum Spiritus sancti, & peccatorum remissionem acciperent.
  - In resipiscentia, nam ex hac prima concione, diuus Lucas mox circiter tria millia hominum, ad fidem conuersos & baptizatos esse, perhibet.
  - [illegible] corum qui fidem susceptam, vitæ & morum, custodiebant sanctimonia, erant enim perseuerantes in doctri- [illegible]
- Altera cōuersione quinque milliū hominū, cuius ocasione agit de
  - Sanatione claudi, per Petrum in nomine Christi facta in templo, quod miraculum causam dedit huic secundæ auctioni, a principio capit. 3. vsque ad versiculum. Videns autem Petrus, &c.
  - Excusatione Petri & egregia ad populum, concione post istud miraculum, cum exortatione 2. ad pœnitentiam. versic. Videns autem Petrus, &c. vsque ad finem. cap. 3.
  - Incarceratione Apostolorum Petri, & Ioannis cap. 4. in principio, & in liberatione eorundem gloriosa, versic. Factum est autem, &c.
  - Gaudio quoque credentium, ex hac liberatione & profectu eorum vberrimo. versic. Dimissi autem, &c. vsque ad finem. cap. 4.
  - Alio miraculo, morte scilicet Ananiæ, & vxoris eius subitarea, quo fraus & simulatio punita est, in principio cap 5,
- Tertia, conuersione numeri indefiniti, in qua parte D. Lucas facit quatuor
  - Primum extollit miracula Apostolorum, quibus infinitus tandem numerus ad fidem Christi permotus fuit. versic. Per manus autem Apostolorum. eodem cap. vbi ostenditur, plurimos ex vmbra tantum diui Petri fuisse curatos.
  - Deinde aliam nouam persequutionem ortam recitat, ex inuidia Saduceorum: ac ibi de secunda ait incarceratione Apostolorum. versic. Exurgens autem princeps, &c.
  - Tertio, refert disputationem, quam Apostoli, Angelorum ministerio liberati, cum principe sacerdotum habuerunt, Deo scilicet magis obediendum esse, quam hominibus. versic. Et cum adduxissent illos, &c. dicto cap. 5.
  - Quarto, declarat sententiam Gamalielis, de prædicatione verbi diuini: quoniam, inquit, si ex hominibus est hoc consilium aut opus, dissoluetur: si vero ex Deo, non poteritis dissoluere, ne forte & Deo repugnare videamini.

Discriminationē, seu propagationem fidei Christianæ, vbi aduertitur

- Ministerium duorum.
  - Stephani prothomartyris, post cuius martyrium sequuta sunt persequutio magna, timor, dispersio, propagatio & disseminatio fidei. cap. 6. & 7.
  - Philippi vnius ex septem diaconis, qui descendens in ciuitatem Samariæ prædicabat illis Christum, ac ibi Simonem Magum cum tota Samaria conuertit ad fidem. versic. Philippus autem descendens, &c.
  - Ioannis & Petri simul, qui ab Apostolis Samariam ablegati, orabant pro conuersis ac manus super eos imponebant, vt acciperent Spiritum sanctum. versiculo. Cū autem audissent Apostoli, &c. dicto cap. 8.
  - Angeli instigantis Philippum, vt pergat versus Gazam, qui Eunucho ad fidem traducto & baptizato, pertransiens Azotum, Euangelizabat ciuitatibus cunctis, donec veniret Cæsaream. versiculo. Angelus autem Domini, &c.
  - Pauli, nam, & ex persequutore non sine magno miraculo vas factus est electionis, & continuo ingressus synagogas prædicabat Iesum esse filium Dei, in principio cap. 9.
  - Petri qui ipse Euangelium Christi.
    - Prædicauit inter
      - Iudæos, versic. Factus, eodem, vbi describuntur miracula curationis paralytici, Aeneç, & excitatio Tabitæ mortuæ, in fine cap. 9.
      - Gentiles, & Paganos, toto cap. 10. vbi agitur de visione D. Petri, neminem scilicet a fructu prædicationis excludendū, de annuntiatione etiam fidei & conuersione Cornelij.
    - Defendit & substinuit contra eos, qui erant ex Circuncisione. cap. 10.
- Fructus ministerij, quem explicat D. Lucas, toto cap. vndecimo.

Appellationem, quod ad credentes attinet, qui dicti suntChristiani: cuius nominis conditiones sūt quatuor.

- Prima, vt quisque intelligat, vitam hominis, Christiani esse militiam, quæ sub cruce Christi mille periculis sit exposita, sanctam enim fidei professionem, ac nominis tā celebris acquisitionem, mox sequuta est persequutio, mors scilicet sancti Iacobi, & D. Petri incarceratio. cap. 12. in principio.
- Secunda, ne vnquam à se Crucem impatienter abiiciat, sed in rebus quantumlibet aduersis, semper liberationē speret, exemplo miraculosæ liberationis diui Petri. versiculo. Cum autem producturus, &c. eodem cap.
- Tertia, si quid indignum accidat, ne quærat vltionem, sed vindictam omnem reiiciat in Deum: is enim vt ex Herodis infami morte patet, nullum malum relinquit impunitū. versiculo. Statuto autem die Herodes, &c. ibidem.
- Quarta, nihil obesse persequutiones integritati fidei, sed quo grauiora sint pericula, tanto laudabiliorem esse constantiam: sicut enim lilium crescit inter spinas, & in igne probatur aurum, ita fides pietasq. Christiana, rebus aduersis probatur & crescit. versiculo. Verbum autem Domini crescebat, &c. vsque ad finem cap. 12.

Ordo, qui versitur, circa duo.

- Primum est, mittētis authoritas, scilicet Spiritus sanctus dicens. Segregate mihi Saulum & Barnabā, in opus ad quod assumpsi eos. cap. decimo tertio in principio.
- Secundum est, manuum impositio, discipuli enim Antiochiæ degentes, Spiritus sancti iussu intellecto, mox ieiunantes & orantes, imponentesq. eis manus dimisserunt illos, eodem cap.

Cypri, vbi

- Annunciant verbum Dei in synagoga Iudæorum. versiculo. Et ipsi quidem missi, &c. Deinde insula peragrata, veniunt Paphum. versiculo. Et cum perambulassem, &c. vbi Paulus Elimam Magum prædicationi Euangelicæ resistentem ad tempus excæcauit. versiculo. Resistebat illis, &c. Pro consulem etiam Sergium Paulum (à quo nomen accepit) eo miraculo conuertit ad fidem, ibi. Tunc proconsul, &c.
- A Papho veniunt Antiochiam Pisidiæ, vbi cum essent ingressi synagogam, Paulus Iudæis Christum prædicauit, grauissima oratione, in qua summatim perstrinxit ea, quæ tam in veteri, quam in nouo testamento, ab exitu filiorum Israel, vsque ad Christi ascensionem gesta fuerunt. versiculo. Surgens autem Paulus, &c.
- Iudæis autem contra blasphemantibus, constanter dixerūt: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis, ecce conuertimur ad gentes, &c.
- Ex qua re, indignatiores, & pertinaciores facti Iudæi, Paulum & Barnabam persequi cœperunt. versiculo. Disseminabantur, &c. atque illos tandem de suis finibus eiecerunt, illi vero Spiritu sancto repleti, excusso in eos puluere pedum, abierunt Iconium, circa finem cap. 13.

Iconij vbi

- Multo demorantur tempore, fiducialiter agētes in Domino, testimonium perhibente verbo gratiæ suæ, dante signa & prodigia fieri per manus eorū: effeceruntq. vt crederet et Iudæorum, & Græcorum copiosa multitudo. cap. 14.
- Diuisa autem ciuitatis multitudine & impetu Gentilium & Iudæorum facto, confugerunt ad ciuitates Licaoniæ, Listram & Derbem. versiculo. Diuisa autem, &c. eodem cap.
- Listrę sanat Paulus claudum ex vtero matris suę, qui nunquam ambulauerat. versiculo. Et quidam vir Listris, &c. vbi turbas, quę illis propter præstita miracula, sacrificium immolare cupiebant, magna contentione prohibuerunt dicentes: Et nos mortales sumus vobis similes homines. versi. Turbæ autem, &c.
- Paulus Listre lapidatur, & extra ciuitatem trahitur. versiculo. Superuenerūt autem, &c. Postea vero cum ad se rediisset iterum. Ingressus est ciuitatem & altera die cum Barnaba profectus est in Derbem. versiculo. Circundantibus autem, &c.
- Tandem Ecclesiis confirmatis & presbyteris institutis, redeunt Antiochiam, vbi cęteris discipulis retulerunt, quanta fecisset Deus cum illis, & quia aperuisset gentibus ostium fidei. versiculo. Cumq. Euangelizassent, &c. vsque in finem cap. 14.

Hierosolymę, vbi

- Conuenerunt Apostoli & seniores videre de verbo hoc, idest ad conferenda consilia de prefato schismate, à principio cap. 15. vsque ad versiculū. Cum autem magna conquisitio, &c.
- Surgens autem Petrus grauissimam habuit orationem de lege & gratia, dicto versiculo. Cum autem Paulus & Barnabas, narrantq. per se ipsos facta & prodigia in gentibus.
- Iacobus deinde Petro subscribens, pronuntiat non inquietandos eos, qui ex gentibus conuertuntur ad Deū, sed scribendum monet ad eos vt abstineāt se a contaminationibus simulachrorum, a fornicatione, suffocatis, & sanguine. versiculo. Et postquam tacuerunt, &c.
- Ablegantur a concilio cum Paulo & Barnaba, Iudas & Silas ad Christianos Antiochię Syrię, & Ciliciæ, cum literis cōcilij, quibus hoc. dissidium dirimitur. versiculo. Tunc placuit Apostolis, &c.
- Inter Paulum quoque & Barnabam, quędam oritur dissensio, assumendus ne sit, ad visitandas Ecclesias rediturus Marcus an non? versiculo. post aliquos dies, &c.
- Paulo renuente, Barnabas assumpto Marco nauigarit Cyprum: Paulus vero electo Sila, perambulabat Syriam & Ciliciam, confirmans Ecclesias & pręcipiens custodire præcepta Apostolorum & seniorum. versiculo. Facta est autem dissensio, &c. cap. 15.

Conuersionem gentium Iudęis enim respuentibus Euangeliū Paulus & Barnabas mittuntur ad gentes, in qua missione attenditur.

Derbis & Listrę, vbi

- Timotheum hominem probę æstimationis, propter Iudaeos circuncidit & assumit secum, in opus ministerij. cap. 16. in principio. Deinde vetitus a Spiritu sancto in Asia Euangelizare, visione in Macedoniam vocatur. versiculo. Cum venisset autem, &c.
- Philippis Macedoniæ vbi, Lidiam mulierem purpurariam in fide Christi instituit. versiculo. Nauigantes autem Troade, &c. A puella diuinatrice, quę dominis suis magnum faciebat quæstum, spiritum pythonem expellit. versiculo. Factum est autem euntibus, &c.
- Virgis cæsus in carcerem cum Sila conijcitur. versiculo. Videntes autem Domini eius, &c. Carceris autem ianuis terremotu apertis, custos, sibi vim inferendam existimans, a Paulo instituitur, & fidem amplectitur. versiculo. Subito vero terremotus factus, &c.
- Facta liberatione, conquæritur se & Silam, & Romanos & indēnatos, virgis esse cæsos, cuius timore venētes ad carcerem, magistratus deprecati sunt culpam, & incarceratos educentes, rogabant vt egrederentur de vrbe. versiculo. Timuerunt audito quod essent Romani, &c. Exeuntes autem de carcere introierunt ad Lidiam, & visis fratribus consolati sunt eos. in fine cap. 16

Thessalonicæ, & [illegible]

- De introitu Thessalonicæ agitur, quomodo etiam per tria sabbatha disseruit de scripturis, adaperiens eas, & insinuans, quia Christum oportuit pati, & resurgere a mortuis. cap. 17. in principio.
- Quibus auditis, Iudæi concitauerunt in Paulum, eique adiunctos verbi ministros, plebem & principes ciuitatis, quorum furori cedere coacti, Paulus & Silas recesserunt in Berrheam. versiculo. Celantes autem Iudæi. eodem cap.
- Eo intellecto Iudæi Apostolos insequuti, multitudinem ibi contra eos permouere conati sunt, adeo vt Paulus iterum sibi fuga consulere coactus sit, [illegible] Iudæis, se se iterum conuertit ad gentes. versiculo. Contradicentibus autem eis, &c. Nocte illum Dominus admonet [illegible] Dominus, &c.

[illegible] o Spiritu sancto missi, mox abierūt: quāta autem fide & diligentia, accepti mandati fines expleuerint, Acta sequentia indicant.

Corinthij in Acaia, & Ephesi, vbi

- Cum per annum & menses sex, ibi sedisset Paulus, captus Galioni sistitur proconsuli, sed frustra. versiculo. Sedit autem, ibi. Sostenes percutitur. versiculo. Apprehendens autem Sostenem, &c.
- Hinc nauigans Paulus in Syriam, Ephesum, Cæsaream, Antiochiam, Galaticam regionem, & Frigiam, ex ordine Ecclesias confirmat. versiculo. Paulus vero cum adhuc, &c.
- Apollos natione Alexandrinus à Priscila & Aquila Christi viā edoctus, Ephesi primum, deinde Corinthij, magno cum fructu annuntiat verbum Dei. versiculo. Videns autem quidam, &c. vsque in finem. cap. 18.

Ephesi vbi

- Quosdam Ioannis baptismate baptizatos, in nomine Iesu baptizat & eis manus imponit. cap. 19. in principio, & biennio Christū annunciat, ingentiaq. miracula edit. versiculo. Hoc autem factum est, &c. eodem cap.
- Iudæi exorcistæ, Iesu nomine abusi, a diabolo lacerantur. versiculo. Tentauerunt, &c. Cuius rei timore correpti sunt Iudęi & Gentiles, multiq. credentium veniebant confitentes & annuntiantes actus suos. versiculo. Hoc autem notum factum est, &c. Magicīq. libri comburūtur. versiculo. Multi autem ex his, &c.
- In Paulum discessum parantem, seditionem magnam concitat Demetrius argentarius. versiculo. His autem expletis, &c. Seditionem hanc componit Scriba, & causæ cognitionem pro diuersa facti qualitate, vel ad forum, vel ad legitimam Ecclesiam remittēdam esse iudicat. circa finem dicti. c. 19.

In Macedonia, Gręcia & Mileti, vbi

- Cum perambulasset partes Macedonię, ibiq. fideles multo exhortatus esset sermone, venit in Gręciam. in principio capitis 20. & cum ibi fuisset menses tres, factae sunt insidiae a Iudaeis, nauigaturo in Syriam, habuitq. consilium, vt reuerteretur per Macedoniam, ibidem.
- In Troade Euthicum in cōcione pro somno de fenestra delapsum excitat a morte. versiculo. Vna autem sabbathi, &c. eodem cap.
- Mileti ad se vocatis Ecclesiae Ephesiorum presbyteris, suam in verbi praedicatione testatur integritatem. versiculo. A Mileto autem, &c. Indicat eisdem profectionem in Hierusalem, & ea quae ibi sit passurus, quorum nihil se vereri dicit, modo cursum suum & verbi ministerium consumet. versiculo. Et nunc ecce ego alligatus spiritu, &c.
- Admonet eos, vt attendant sibi & vniuerso gregi, in quo illos Spiritus sanctus posuerit Episcopos ad regendam Ecclesiam Dei, quam adquisiuit sanguine suo. versiculo. Et nunc ecce scio, quia non videbitis amplius faciem meam, &c. & facta oratione magno cum luctu, Paulum adducunt ad nauē. versiculo. Et cum haec dixisset, vsque in finem.

Cæsareæ, & Hierosolymæ, vbi

- Philippum Euangelistam, cui erant quatuor filiæ prophetantes conuenit. in principio cap. 21. ibi. Eo veniēs vir quidam à Iudæa, nomine Agabus, Paulo prædicit vincula, si veniat in Hierusalem, ibidem. Quam ob causam amici illum à suscepto dehortantur itinere. versiculo. Quod cum audissemus, &c. Paulus autem non solum alligari, sed & mori propter nomen Iesu paratus, hoc vaticinio non obstante, peruenit in Hierusalem. versiculo. Tunc respondit Paulus.
- Consilio Iacobi, cum quatuor votum per se habentibus, Iudæorum more purificatur. versiculo. Sequenti autem die, &c. in templo à Iudęis comprehenditur. versiculo. Tunc Paulus assumptis, &c.
- Tota ciuitate concurrente, & commota, Lysias tribunus eripit illum, ex tumultu ad necem Pauli instructorum. versiculo. Quærentibus autem eum occidere, &c. vsque in finem. cap. 21.

Itidē Hierosolymę, vbi

- Narrat conuersionis suæ modum & fidei susceptę reddit rationem, cap. 22 in principio. quem paulisper audiunt Iudęi, ibidem.
- Porro animis commoti, finem expectare noluerunt, sed concitato iterum tumultu è medio tollendum clamitant. versiculo. Audiebant autem, &c.
- Ad quem clamorem, illum tribunus flagellis cędi, & torqueri iubet. versiculo. Vociferantibus eis, &c. sed vt ciuem Romanum esse percepit, timet sibi, & eum virgis cędi vetat. versic. Accedens autem tribunus, vsque in finem. cap. 22.

In Cæsarea iterū, quo missus est à Lysia tribuno ad Felicē pręsidem, vbi

- Coram Felice pręside Tertullus orator Ananię Paulum accusat. in principio cap. 23. cōtra Paulus suam causam defendit. versicu. Ex multis animis, &c.
- Differt iudicium Felix in aduentum Lysię. versiculo. Distulit autem illos, &c. Audit Felix cum vxore sua Paulum seorsum, quibus ille verbum annūtiat Christi. versiculo. Post aliquot autem dies, &c.
- Prouintia biennio postea discedens, Felix Paulum in gratiā Iudęorum relinquit ibi vinctum. versiculo. Biennio autem expleto. &c. cap. 24.
- Paulus iterum causam agit coram Festo pręside Felicis successore, qui volens Hierosolymam remittere. Cęsarem appellat, quem nolens Festus indicta causa condēnare, coram Agripa eum produci iubet. cap. 25. qua occasione Paulus apud Agripā Regem, suam tuetur (maxima cum authoritate) innocentiam: ita vt animum Agripę ad Christum non parum flexisse videretur. At re deliberata Paulus Romā vinctus, quo appellauerat mittitur. capite vigesimo sexto, vsque in finem.

In mari Melite & Romę, vbi

- Traditur Centurioni Iulio, qui nauigantes vento agitati, naufragium faciunt, homines vero salui in Melitem insulam enatant, vbi Paulus à vipera morsus, illaesus euasit, Publijq. patrem atque alios varijs morbis laborantes sanat. cap. 27. Ibidem etiam Iudaeis congregatis, suam fidem & nauigationis causam exponit, totoq. biennio vinctus Christum ibidem praedicauit. vsque in finem cap. 28. & vltimi.

In Hispania & plagis reliquis Occidentis, quod ex eo colligitur, quia cum Lucas dicat in fine huius libri, Paulum mansisse totum biennium in conducto suo, inferunt quidam, reliquum temporis praedicasse in Hispania, quam coniecturam confirmant, epistola Pauli ad Romanos scripta, ibi. Ex multis iam praecedētibus annis, spero cum in Hispaniam proficiscar videre vos, vnde in Narbona dicitur reliquisse Sergium Paulum, Archiepiscopum, cum de Hispania rediret. Ex historia etiam vitæ eiusdem constar, liberatum a captiuitate Romana, quarto anno imperij Neronis, & 14. eiusdem cum Petro interfectum fuisse: vnde inter medium tempus in Hispania & partibus Occidentalibus exitisse & praedicasse satis aperte & conuenientissime traditur.

Liber historialis noui testamēti, qui historialibus veteris concinnit, agit de initio nascētis Ecclesiæ & diuiditur in

Itinera, ab Antiochia versus Seleuciam, ab ea in Cyprum, inde ad Pergem Pamphiliæ, inde ad Antiochiam Pisidiæ, inde ad Iconium, cap. 14. inde ad Derbem & Listram. c. 14. & 16. inde ad Antiochiam Syriæ. cap. 14 & 15. inde ad Misiam & Troadē. cap. 16. inde ad Philippos Macedonia. cap. 16. inde ad Thessalonicam. capit. 17. inde ad Berream & Athenas. cap. 17. inde ad Corinthum, Achaiam & Ephesum. cap. 18. & 19. inde ad Macedoniam & Gręciam. cap. 20. inde iterum ad Troadem, inde ad Ason, Mitilenem & Miletum. cap. 20. inde ad Tyrum, & inde ad Cæsaream. cap. 21. inde ad Hierusalem, ibidem, & cap. 22. inde Paulus Cæsaream vinctus remittitur. capit. 23. 24. 25. & 26 inde Romam ducitur. cap. 27. & 28. inde liberatus abiit in Hispaniam, vt est probabilis coniectura, ex locis quos supra tetigimus.

Persequutiones Ecclesiæ primitiuæ, & liberationes ab eisdem miraculosas, nã à principio.

- **Patiebatur.**
  - Calumnias Iudæorum, quibus Apostolos, ex Spiritu sancto loquentes, musto plenos esse, falso criminabantur. Actor.2.cap.
  - Minas, quibus Iudæi diuum Petrum & Ioannem, à verbi diuini prædicatione deterrere, & abstrahere conati sunt. cap 4.
  - Inuidiam Saduceorum, quorum technis in carcerem coniecti Apostoli, per Angelũ educti sunt. capite 5.
  - **Tyrannidem, & crudelitatẽ, quam experti sunt.**
    - Diuus Stephanus, qui violatæ legis Mosaycæ crimine accusatus, lapidib⁹ trucidatus est. cap.6.& 7.
    - Christiani, qui à Paulo, ad extremum vsque, persequutionem perpesi, dispersi sunt. cap.8.
    - Iacobus, qui ab Herode occiditur, quo tempore etiam Petrus in carcerẽ conijcitur, sed Ecclesiæ oratione liberatur. cap.12.
- Sustinuit Paulus cum Barnaba & Sila, nam
  - Ex Antiochia cũ Barnaba crudeliter fuit depulsus & relegatus. c.13.
  - Iconio discedere coactus, Listris lapidatur. cap.14.
  - Philippis virgis cæsus in carcerem conijcitur, à quo terremotu liberatur. cap.16.
  - Paulus, Iudæis tumultuantibus, Berrea abire cogitur. cap.17.
  - Idem captus, Galioni sistitur. cap.18.
  - Demetrius argentarius, seditionem in eum concitat. cap 19.
  - Ananias, causam pro se dicentem, percuti iubet. cap.23.
  - Vinctus Romam mittitur, & passus in itinere naufragium, ibi docet. cap 27.& 28.
  - Sed in his omnibus tempestatibus liberata est Ecclesia, & semper liberabitur, nec portæ inferi præualebunt aduersus eam, quia Christus Dominus nobiscum est, vsque ad consummationem seculi.

Apostolorum varias appellationes, nã vt Ambrosius in episto. ad Rom. cap.1. asseuerat dicti sunt.

Primo, sal terræ & lux mundi. *Matth.*5. sal inquit hic Chrysostom. spiritale & lumen intelligibile ipso sole fulgentius dicitur. *Secundo*, dispẽsatores quoque mysteriorum Dei, 1.Corinth.4. Tertio, ibidem, Christi ministri. Quarto, testes præordinati passionis & resurrectionis Christi, quam prædicare debebant omnibus gentibus. Lucæ 24. Actor.1.& 10. Quinto, appellati sunt credentium magistri Chrysostom. super illud sapientiæ: *I*ustorum animæ in manu Dei sunt. Sexto, dicuntur sacerdotum principes(vt sentit Chrysostomus in Euangelium *Marci*, homil.1.) *Septimo*, vocantur totius mundi doctores, & ob id potiores prophetis, idem sanctus, homil.15. super cap.5. *Matth.* vocat, & homil.4. Actor.2. Angelos lucis nominat.

Nomina propria duodecim Apostolorum, qui Euangeliũ ... [illegible] ex Occumenio.

- Primus, Simon Petrus Apostolorum princeps(qui & petra seu obediens & audiens interpretatur, velut ipse per suas epistolas indicat)in Põto, Galatia, Capadocia, & Bithinia: in *I*talia quoque & *S*icilia prædicauit, & Romæ tandem Nerone *I*mperatore, verso deorsum capite crucifigitur, ac ibidem tertio *C*alendas *I*ulij sepelitur.
- Secundus, Andræas frater eius(qui fortitudo mea, seu respondens pabulo dicitur)in Græcia & Thracia, Scithisq. Sogdianis & Sacis prædicauit Euangeliũ, sepelitur Patris Achaiæ ciuitate, ab Agea proconsule crucifixus.
- Philippus Apostolus(qui os humile, seu bellicosus vocatur)in Phrigia Euangelium Domini prædicauit, Hieropoli autem honorificentissime sepelitur.
- Bartholomeus(qui benedictus & filius suspendentis aquas dicitur)Indis Euangelium Domini prædicauit, his qui fœlices appellantur, quibus Euangelium Matthæi tradidit, Albani vero, quae magnæ Armeniæ indicæ vrbs est, consopitur.
- Iacobus Zebedei filius(qui supplantator seu vestigium appellatur)duodecim tribubus, quae in dispersione erant, Euangelium praedicauit, & ab Herode Tetrarcha, qui etiã Agripa dicebatur, gladio interemptus est, & in vrbe Marmarica sepultus.
- Ioannes frater eius(qui gratiosus, donans & misericors dicitur)in Asia praedicauit Euangelium, & à Traiano, vt ait Occumenius, a Domiciano vero, vt Eusebius Caesariẽsis, & Hieronymus dicunt, propter verbum Domini in insulam Pathmos relegatus est, ibi conscripsit Euangelium & mysteria Apocalypsis vidit, Ephesi vero adhuc viuens Dei voluntate ita ordinante sepelitur.
- [illegible] Dydimus seu natus [illegible] Parthis, Medis, Persis, Carmanis & Bactris, Christum Euãgelizauit, & in vrbe Calamina Indiæ sepul[illegible]
- Iacobus Alphei(qui opprimens interpretatur, & iustus cognominatus est)primus Hierosolymorũ Episcopus fuit, & *H*ierosolymis interfectus est in templo, ac ibi sepelitur.
- Thadeus(qui comprimens dicitur, & Lebeus & Iudas Iacobi appellabatur)Edesenis & toti Mesoporamiæ verbum Christi annuntiauit, sub Abgaro Edesenorum principe, Berithi defunctus ac sepultus est.
- Simon Cananeus, Cleopæ filius(qui pinguedo, seu oleum & munus præparationis dicitur, Iudas etiam appellatus est) post Iacobũ iustum, Episcopus Hierosolymis extitit, cumq. annum centesimum, ac vigesimum ageret, Crucis martyrio sub Traiano Rege è vita decessit.
- Matthias(qui donatus à Deo seu donum Domini dicitur)in locum Iudæ Iscariotis, cum vndecim aliis Apostolis cõnumeratus est, moritur hic, in Ethiopia exteriore, in regione vbi est castrum Apsarus. Plura alia de origine vita & martyrio Apostolorum, tradit Ioachimus Perionius in libello de vitis eorum.
- Nouissime post hos omnes, fuit diuus Paulus(qui gẽtium doctor appellatus est)vt ex prima ad Timotheum 2. constat: ex secunda etiam ad eundem cap.1. dicitur magister gẽtium, Apostolus quoque gentium ad Romanos 11. Necnon magister Christi inter gentes, Roman. 15. Angelus gẽtium & aduocatus Iudaeorum, ex lupo ouis, & ex persequutore vas electionis, vocatione inter Apostolos nouissimus, & praedicatione praecipuus, vt dicitur 1.Corinth.15. aduertit Viterbiensis etiam in chronicis, part.14. hic enim antea Saulus(quod postulatus, commodatus, aut sepultus interpretatur)dicebatur postea Paulus appellatus, quod pro consulem Paulum ad fidem conuerterit. Oriundus fuit ab oppido Iudeę Giscalis dicto, & a Romanis capto, cũ parentibus suis Tharsum Ciliciae commigrauit, a quibus ob studia legis missus *H*ierosolymam, a Gamaliele viro doctissimo, cuius Lucas in *A*ctis meminit, eruditus est. Hieronym. in catalogo scriptor. Ecclesiastic. Qui etiam praefiguratus fuit in benedictione Iacob ad Beniamin dicentis Genes.49. Beniamin lupus rapax, mane comedet praedam, & vespere diuidet spolia quia prima aetate Ecclesiam Dei persequutus est: postea tamen diuisit spolia in vespere suae aetatis docendo gentes, & mirabilia faciendo, hoc enim sonat nomen Paulus, mirabile nempe & os tubae, qui mortuus fuit modo dicto, vt antea significauimus.

Nomina septuaginta duorum discipulorum Domini, qui cum Apostolis prędicarunt, ex Hypolito & Dorotheo,

Primus Iacobus, frater Domini, Episcopus *H*ierosolymorum. 2. Cleopas Episcopus *H*ierosolymorum. 3. Matthias, qui Apostolus factus est. 4. Thadeus, qui Abgarum à morbo liberauit. 5. Ananias, qui Paulum baptizauit. 6. Stephanus princeps martyrum. 7. Philippus, qui Eunuchum baptizauit. 8. Procorus Nicomediæ Episcopus. 9. Nicanor, qui cum Stephanus coronaretur obiit. 10. Timõ Episcopus Bostri in Arabia. 11. Parmenas Episcopus Solorum. 12. Nicolaus Episcopus *S*amariæ. 13. Barnabas Episcopus Mediolanensis. 14. Marcus Euangelista Episcopus *A*lexandrię. 15. Lucas Euangelista. 16. Silas Episcopus Corinthij. 17. Siluanus episcopus Thessaliæ. 18. Crescens episcopus Carthaginis in Galatia. 19. Æpenetus episcopus Paneadensium. 20. Andronicus episcopus Paneadensium 21. Amplias episcopus Odyseæ. 22. Vrbanus episcopus Macedoniæ. 23. *S*tachus episcopus Bizantij. 24. Barzabas episcopus *H*eracleæ. 25. Phigello episcopus Ephesiorum, sed a Paulo discedens Simoni studuit. 26. Hermogenes *M*egarensium occidentalium Antistes. 27. Demas qui deinde factus est sacerdos idolorum. 28. *A*pelles episcopus Smyrnæ ante Polycarpum. 29. *A*ristobolus episcopus Britanniæ apud Gallos. 30. Narcisus episcopus *A*thenarum. 31. *H*erodion episcopus Patarensium. 32. *A*gabus propheta. 33. Rufus episcopus Thebarum. 34. Syncritus episcopus *H*ircaniæ. 35. Phlegon episcopus Marathonensium. 36. Hermes episcopus Dalmatiæ. 37. Patrobas episcopus Potiolensium. 38. Hermas episcopus Philippopolis. 39. Linus episcopus Romæ. 40. Gaius episcopus Ephesi, post Timotheum. 41. Philologus episcopus Synopes, alias Synorum. 42. Olimpas, cuius Apostolus meminit. 43. Herodias, qui cum Petro Romæ sub Nerone cæssus est. 44. Lucius episcopus Loadiceæ. 45. Iason episcopus Tarsensium. 46. Sosipater episcopus Iconij. 47. Erastus episcopus Faneadis. 4°. Quartus episcopus Berithi. 49. *A*pollo episcopus Cæsareæ. 50. Cephas episcopus Coniç. 51. Sostenes episcopus Colophonij. 52. Epaphroditus episcopus Adricẽsium. 53. Tithicus episcopus Colophoniæ. 54. Cæsarus episcopus Dirrachij. 55. Marcus consobrinus Barnabæ episcopus Apolomadensiũ. 56. *I*ustus episcopus Eleutheropolis. 57. Arthemas episcopus Listrensium. 58. Clemens episcopus Sardicensium. 59. Onesiphorus episcopus Coroneæ. 60. Tythicus alter episcopus Calcedonẽsium. 61. Carpus episcopus Beraię Thracię. 62. Euodius episcopus *A*ntiochiæ. 63. Aristarchus episcopus Apameę Syrię. 64. Marcus episcopus Bibliapoli. 65. Ioannes episcopus Bibliapoli. 66. Zenas episcopus Diospolis. 67. Philemon episcopus Gazæ. 68. *A*ristarchus alter. 69. Pudens. 70. Trophimus, qui cum Paulo martyrio coronatus est. 71. Timo. 72. Miges.

Ex numero duodecim Apostolorum, & septuaginta duorum discipulorum Domini, non pauca sed sublimia mysteria, cum agemus de aliis sensibus educemus: interim tamen obserua Christum Dominum velut solem iustitię, discurrere per suos duodecim Apostolos, tãquam per duodecim signa, sicut & materialis sol, alia duodecim percurrit: sub quibus septuaginta duæ, cõnumerantur ab Astrologis principales prouincię: vt intelligas in duodecim Apostolis, duodecim principales fontes veritatis, per quos(mediis septuaginta duobus discipulis)doctrina Christi in toto orbe disseminata fuit: iuxta illud psalmi 18. Caeli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam. Non sunt loquelae, neque sermones, quorum nõ audiantur voces eorum. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum. Vbi Apostoli, qui signa appellati sunt caeli dicuntur, & in omnem terrae ambitum doctrinae diuinae influxus misisse, constat.

D. Pauli. Ad Romanos, vbi de legis operibus agitur, missa á Corintho, vbi aderat, & continet

Causam ob quam illam scripsit, quia orta est dissensio inter Christianos conuersos ex

Gentibus, qui potiores se esse existimabant ... ratione philosophię, & prudentię humanę, quę excellentior fuerit Romanis, & Graecis, quam Iudaeis.
ratione quoq electionis seu vocationis & gratiae singularis, qua Christus Iudaeis verbum suum respuentibus, conuersus sit ad Gentiles. Ratio-
ne etiam imperij & potestatis sęcularis, qua Deus optimus maximus ... gentes, & in primis populum Romanum praeceteris illustrauerit.
Iudaeis, qui se contra praeferebant Romanis, propter legis diuinae auctoritatem, quae non gentibus, sed Iudaeis, primum data fuisset. Propter sig-
num quoq. circuncisionis, & ceremonias in lege Mosayca contentas (Propter vitae etiam sanctimoniam, qua Gentiles propter idololatriae &
alias vitię sordes, peccatores appellare solebant) antecellerent.

Principio salutando Romanos, gratias agendo de prospero religionis Christianæ, & prædicationis suæ successu, vbi declarat voluntatem suam erga Romanã Ec-
clesiam cap. 1.

Tractatu vbi

Primo rationib' confutat partium argumēta, per nouem loca

A lege naturę, in qua probet non fuisse inter gentes exiguam Dei cognitionem, quia multa Deus manifestauit eis, sed euanuerunt in co-
gitationibus suis, & stulti facti sunt: ex quo in grauissima incidere peccata: quæ pœna iure contigit illis, quia Deum non glorificaue-
runt: & sic non debent esse potiores.
Ab excellentia imperij, & iudiciaria potestate, probat intentum: quia qui aliis imperant, seu pro auctoritate iudicant, non habent inde, se
iactandi materiam: in quo enim quis alterũ iudicat, in eo se ipsum condemnat. cap. 2. in principio nec debent esse hic metu, quod in
praesenti vita floreant, nec sentiant vltionem, quia Deus in die reuelationis Iudicij, seueriter est iudicaturus duritiam homi-
num.
A lege scripta Decalogi, quia Hebræi transgredientes eam, ignominiam sibi asciuerunt: gentes autem licet non scriptam legem cognos-
cerent, in cordibus habebant ob idq. debere maxime gloriari.
A circuncisione quæ data fuit Iudæis ad vtilitatem eorum, quando sub peccato manebant, quo tempore non se poterant gentibus antefer-
re, iustitia autē Dei, nō per opera legis aut ceremonias, sed per fidē in mediatorem fuit cap 3
A fide & iustitia, quia iustificatio non ex lege & operibus legalibus: quia ante legem scriptum est. credidit Abraham Deo, & reputatũ est
ei ad iustitiam, ex fide tamen Iesu Christi mediatoris fit iustificatio, secundum gratiam cap. 4. & in principio quinti.
A forma iustificationis, quia vt mors per Adam, ita gratia & vita per Christum: & maior fuit gratia, quam delictum, in omnes transeen-
dens homines.
A lege gratiæ contra libertatem carnis, quia libertas Christiana non est otium, aut libertas carnis, sed seruitus spiritus, & abstinentia a
peccatis: si enim Christus pro nobis mortuus est, & resurrexit, nos quoq. mortui carnaliter, in vitæ nouitate ambulare debemus. In
principio cap. 6 Qui enim opera carnis sequuntur, incidunt in peccatum, & si nos cum Christo coniuncti sumus, non debemus ab eius spi
ritu recedere: quemadmodum mulier non recedit a viro, dum vir ipse viuit. cap. 7.
A peccato originis, seu lege peccati legi gratiæ contraria, probat non debere iactari Iudæos, de sanctimonia: quia dum scripta lex pro-
hibet peccatum, excitat in nobis concupiscentiam (nitimur enim in vetitum semper.) Est tamen perfecta lex spiritus, quæ homini di-
ctat facienda, & alia lex membrorum quæ sequentem eam infelicem reddit, a qua sola gratia Dei liberat. cap. 8.
Ab electione Dei gratuita, & a prædestinatione diuina, quia gentes nō debent ex illa gloriari, cum non ex meritis, sed ex mera Dei gra-
tia procedat. Et probatur primo, quia prædestinatis in Christo, omnia cooperantur in bonum. Secundo quia non infirmatur prædestina-
tio, quod non completa fuerit in omnibus filis Israel, quia de quibusdam solum intelligitur a principio cap. 9. Tertio quia non debet
Deus iudicari iniquus, quia alios elegit, alios vero ex gentibus reprobauit. Quarto quia Iudæi reprobati sunt, quia offenderunt in la-
pidem offensionis Christum, & propriam iustitiam prætulerunt iustitiæ Dei. cap. 10 Quinto respondet obiectioni gentium, quia non
est contēnenda Iudaica gens, propter reprobationem, quia multi ex eis sunt vocati cap. 11. Quia gentes etiam excidere possunt a fide, vē-
tura quoq. est in plenitudine temporis, Iudaica gens ad fidem, & quia incomprehensibilia sunt iudicia Dei. cap. 11.

Formam docendi, quam obseruat in

Secundo refutato & deciso dissidio, exhortatur ad vnitatem Ecclesiæ retinendam, habendo romanos pacem cum æqualibus, quia singuli sua peculia-
ria & ab aliis differentia accipiunt dona. cap. 12. Cum superioribus etiam, quia non est potestas nisi a Deo. cap 13. Cum infirmis adhuc, & in fide im-
perfectis, & cum omnibus hominibus, sicut Christus, qui licet esset Iudaeus & circuncisionis minister, Gentiles tamen suscepit. cap. 15
Epilogo, in quo excusat Romanis audaciam, quod non dum visos ausus sit reprehendere absentes, & per alios conuertos, significat tamen desiderium videndi il-
los. cap. 15. Demum salutat plurimos, & nonnullos commendat, per totum. cap. 16. & vltimum.

D. Pauli. Ad Corinthios prima, ex Epheso scri-[...]

Efficaciam baptismi ex ministrorum sanctitate, metiebantur, cum a virtute Dei procedat, in quo debent Corinthij gloriari, & non ex ministris cap. 1.
Fidei quoq. simplicitatem, ad philosophiam reducere conabantur, cum placuerit Deo saluos facere credentes, per absurda humanae sapientiae, qui stultitiam mundi ele-
git, vt fortia confunderet: Paulus quoq. non in persuasibilibus sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus, Euangelium praedicet. cap. 2. quod non ex ministris, qui plan-
tant, sed ex Deo irrigante vim sumit crescendi. Cap. 3. In ministro vero, solum fidelitas requiritur, cap. 4.
Inmundicias & fornicationes sequebantur: quas Paulus abominatur: & illum, qui cum vxore patris concubuerat, excōmunicat: & tanquam peiorem angue & cane, fugien-
dum esse docet. cap. 5. & 6.
Virginitatem tantum præterebant, vt matrimonium damnarent: quibus dicit, bonum esse, mulierem non tangere, illis qui possunt continere, at vero non continentibus, nube-
re, quam vri potius conuenire: vbi leges matrimonij obseruantur, & ad virginitatem, tanquam ad meliorem statum hortatur, cap. 7.
Immolata Demoniis cum Idololatris, nō absq. aliquo erga illos fauore comedebant. [illegible] ... poterant credere, sed ad similem ... cultum. cap. 8. Abstinere ab his ... docet exemplo ... tumorem & arrogantiam eorum qui sciebat, hoc esse malum, & faciebant reprehendit ...
... singulis prout vult. cap. 12. Quandoq. etiam ita aliqua ipsorum præferebant ... gratiam sanitatum, suis adscribebant meritis, & Deum non cōfitebantur auctorem, qui di-
... [illegible] ...
phetię & docendi muneri præponebant, cum istud postremum vtilius & maius existat. cap. 14.
Mortuorum resurrectionem futuram impie negabant, quos confundit, quia si mortui non resurgunt neq. Christus resurrexisset, & vana esset prædicatio & fides. Itē a spe cōmu-
ni fidelium, qui pro Christo moriuntur, & pro defunctis exorant, similitudine quoq. seminis, quod non producit fructum nisi prius moriatur. Ita etiam corpus animale de-
bet mori, vt spirituale producatur in communi resurrectione. cap. 15.
Ad præstandas & colligendas eleemosynas, in vsus pauperũ qui erant Hierosolymę, tardiores aliquãto fuerũt, & ita monet eos ad id officium, & quid debeat de collectis fieri
docet, & in epilogo Epistolæ aduentum suum nuntiat, commendat illi Timotheum & hortatur ad constantiam retinendam, præcatur gratiam & salutem diuinam, & non
venientes ad Christum excommunicat, cap. 16.

D. Pauli. Ad Corinthios secūda, ex Macedonia scripta cōtra pseudo Apostolos, qui eũ criminabātur nō esse Apostolum, sed hominē vilem, deffendit se apud Corinthos, per 25. quinque media, nempe

Primo a patientia, qua omnia ęquo tolerat animo. Secundo ab innocentia, quia gloriatur in simplicitate cordis sui. Tertio a veritatis constantia, quia semper idem docet, cap.
1. Quarto a pietate præfertim erga fornicarium, quem antea excommunicauerat, quia penitentem recipit. Quinto a dexteritate docendi, qua tot gentiles ad religionē
traduxit, cap. 2. Sexto ab euidentia, quia doctrinam positam in Corinthiorum cordibus docet, cap. 3. Septimo a dignitate & præeminentia ministerij & officij sui, præfun-
ctione Mosayca, nam Moyses loquebatur ad filios Israel velata facie, ipse vero reuelata facie Deũ speculabatur. Octauo a solicitudine & diligentia, quia omnia abdicauit,
vt non impediretur. Nono ab humilitate, quia tanquam vas Christi, expositus est omnibus aduersitatibus. Decimo a spe & fiducia, quia qui suscitauit Iesum, eos qui cum
Iesu moriuntur & sunt, suscitabit, cap. 4. Vndecimo a vitæ huius contemptu, quia dissoluta terrestri domo, manet cœlestis. Duodecimo ab intentione recta, quæ est Deo pla-
cere, quam se habere & Corinthios vt habeant docet. Decimo tertio, a charitate erga Deum, vbi tria esse docet, propter quæ maxime Christum diligat, tum quia pro om-
nibus mortuus fuerit, tũ etiam quia veteri lege abrogata omnia virtutibus, & scientia innouauit, vel quia mundum recōciliauit Deo, vt nos Christo reconciliemur, cap. 5.
14. A vitæ, & doctrinæ suæ exemplis, quia vt ipse non dedit, sic nemini danda est iniuria. 15. A gaudio ob fraternam correctionem susceptam, cap. 7. 16. A cōmiseratione
erga pauperes, vbi monet Corinthios, vt sint liberales, exemplo Macædonum & Christi, qui cum esset ditissimus, factus est pro nobis, egenus, vbi explicat vtilitatem eleemo-
synæ oportunitatem quoq. ad eam mittendum per nuntios. cap. 8. Facilitatem etiam, nam non exigit plus Deus, quam ipsi præstare possunt, remunerationē quoq. in
multiplici effectu ostendit diuinam. cap. 9. 17. A potētia quoq. armorũ spiritualium, aduersus altitudinem, & vitiosam extollentiam, cap. 10. 18. A dictorum, & factorũ
constantia, quia tam loquendo, quã scribendo constanter, reprehenderit cap. 10. 19. A modestia, quia quamuis egerit Paulus Corinthij, nunquam à Corinthiis aliquid ex-
torsit, & petiit, vt pseudo Apostoli faciebant, cap. 11. 20. A laborum, & afflictionũ tolerantia, quia licet in genere, æqualis esset Iudęis, in laboribus & periculis, pro functio-
ne muneris sui abundantius laborauit. 21. A reuelationibus diuinis, quia raptus est in tertium cœlum, vbi audiuit archana, quæ non licet homini loqui, cap. 12. 22. A
pugna aduersus tentationes, quia datus ei erat Angelus sathanæ, ne a magnitudine reuelationum extolleretur. 23. A verecundia, quia inuite laudē suam prædicat, cap.
12. 24. Ab odio vitiorum, & criminum, quia minatur his qui peccauerunt. 25 Ab studio & amore pacis, quia in charitate, & communicatione Spiritus sancti, epistolam
concludit. cap. 13.

D. Pauli. Ad Galatas, ex Roma scripta, vbi de indigna mutatione, agit contra eos, qui ab aliis aliter, quam Paulus docuerat, & docebātur demōstratq, antiquæ legis ceremonias nō solum inutiles, sed perniciosas esse, & assumit personam.

Pastoris, seu prælati Ecclesiastici, monstrando non ab homine, sed à Deo in officio institutum fuisse, leuitatem Galatarum miratur, quod tam cito seduci se permiserint,
malitiam seducentium ostendit, errorem dicentium circuncisionem necessariam esse Christianis damnat, & seueritatem excusat, quia non hominibus, sed Deo placere in-
tendit. cap. 1.
Ecclesiastæ, seu praeconis Euangelici, probando suam doctrinam esse authenticam: quia a Deo inspirata, & ipse a Deo institutus, cum antea Ecclesię persecutor fuerit, trien-
nio etiam antequam veniret Ierusalem ad Apostolos, prędicauerit Euangelium. Secundo quia contulit suam doctrinam, cum his qui habebant perfectam conditionem.
Tertio quia nunquam falsi fratres potuerunt eam destinere, licet sępe impugnauerint Quarto quia ab Eccellentissimis Apostolis Petro, Ioanne, & Iacobo sit approbata.
Quinto quia Petro in faciem restiterit, cum ob timorem Iudęorum se subduxit. Sexto quia sic reprehenderent factum Christi, qui antiquas ceremonias abrogauit, tum
etiam quod frustra passus fuerit Christus, si circuncisio conferat Iustificationem. cap. 2.

Doctoris & magistri monstrando Galatas iterum Christum Crucifixisse

Rationibus, quia vel iustificationis eadem est ratio, quę accipiendi Spiritum sanctum, qui vt non ex operibus legis datus est Galatis, ita neq. iustificatio, sed ex
auditu fidei & gratia Dei. Item quia quod spiritu cæptum est, velle carne consumare stultum est. spiritus enim viuificat, & caro nō prodest quidquam, & sic neq.
circuncisio carnalis. Tum etiam quia si fides sine circuncisione nihil valet, frustra passi sint Galatæ, quia in Christum crederent. Manifestissime quoq. colligi-
tur, quia inter Galatas non fuit facta miracula in circuncisione, sed postquam in Christum crediderunt, cap. 3.
Auctoritatibus sacræ Scripturæ, manifestatur defectus circuncisionis, quia Abraham credidit Deo & reputatum est ei ad iustitiam, & filiis eius promissa est
benedictio, Genesis 22. filij autem Abraham sunt qui eius fidem imitantur, iustus quoq. vt Abachuc, cap. 2. innuit, ex fide viuit: non ergo ex operibus legis.
Quod clare constat Genesis. 22. vbi promissi. Deus Abraæ hereditatem, quę ex iuramento, & non ex lege debetur, ne iuramentum frustretur. cap. 3.
Consuetudine etiam probatur, quia heres & si dominus sit facultatum paternarum, dum tamen est infans & paruulus, nihil differt a seruo, sed tutorum subie-
ctus est potestati, ita nos quoq., post quam plenitudo temporis venit, in qua Deus vnigenitum filium suum misit in hunc mundum, a legis eiusq. seruitutis
iugo liberati, in adoptionem filiorum recepti sumus. cap. 4.
Figuris quoq. controuersiam dirimit, vna ex ancilla per carnem, quae legem Moysi designabat. & altera ex libera, quae repromissionem nouae legis exhibet:
& vt prima fuit eiecta, & secunda admissa, ita lex vetus, reiicienda, & noua amplectenda est cap. 4.

Consultoris & amici, qui duabus rationibus Galatis persuadet.

Altera enumerando incommoda circuncisionis, quia Christus nihil prodest circuncisis, fiunt etiam debitores vniuersæ legis, & excidunt a gratia, quę est ex fide,
nec habent spem iustitiae, quae a fide prouenit, priuantur etiam libertate spiritus, absq. omnis legis Mosaycae onere, & carent dilectione legis, & eius imple-
tione, nec ambulant in spiritu sed in operibus carnis, cap. 5.
Altera ex collatione operum carnis, quae excludunt a regno Dei, quae sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimici-
tiae, contentiones, emulationes, irae, rixæ, dissensiones, sectae, inuidiae, homicidia, & ebrietates, comesationes & similia. Collatione quoq fructuum spiritus,
qui sunt duodecim, charitas, gaudium, pax, pacientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. cap. 5.

Zelotipi & emulatoris Christi, exclamando contra ignauiam, pseudoapostolorum, fugentium crucem Christi, & in se ipsum gloriantem de Cruce ad quã hortatur, cap. vlt.

D. Pauli.
Ad Ephesios in Asia, scripta ex Roma, quādo in carcere detinebatur: hortatur eos, vt in suscepta fide permaneāt & gratia, Deo reddāt, demonstrando se

Gratos propter
- Beneficia generalia exhibita a Deo, vt sunt, cælestis benedictio, æterna Dei præelectio ante mundi constitutionem, adoptio in filios & coheredes regni cælorum, per Iesum Christum, redemptio per sanguinem eius & remissio peccatorum.
- Beneficia specialia, signanter duo, plenitudo nempe sapientiæ, quam præ aliis fidelibus, suis contulit Apostolis. cap.1. Restauratio quoque omnium, per Apostolorum ministerium, nam reparata est ruina Angelorum, & terra moribus innouata est.
- Peculiare beneficium vocationis Iudæorum & etiam Ephesiorum, qui debent beneficia illa ponderare esse magna, quia a Christo omnipotenti Deo collata sunt: tum quia in statu paganorum illos elegit & ad se traxit, & ex hospitibus & alienis, facti sunt domestici Dei, in quibus Paulus fidē, charitatem & dilectionem sapientiæ, permanere desiderat. cap.2.

Studiosos procurando.
- Generaliter humilitatem, mansuetudinem, charitatem, pacem, concordiam & vnitatem spiritus, pudicitiam, castitatem, honestatem, veritatem sermonis, patientiam & lenitatem, laboris strenuitatem, modestiam & benignitatem. cap. 4. imitationem Christi, & vitationem Gentilis conuersationis, prudentiam & circunspectionem, sobrietatem, orationem, contemplationem & laudem diuinam.
- Specialiter pro aliquibus, vt vxores obediant maritis, viri vxores diligant, sicut Christus dilexit Ecclesiam, filij parentes reuereantur, parentes filios in timore Domini educent, serui dominis obediant, Domini in seruos sint clementes & benigni. cap.5.
- Arma Christianorum spiritualia, nempe cingulum continentiae ad libidinem coercendam, loricam iustitiae, vt protegantur vndique, ornamenta pedum, vt expedite Euangelium annuntient, scutum fidei, vt nihil noceant Sathanae tela, galeam salutis, spem aeternae vitae habēdo, gladium spiritus seu verbum Dei promulgatum accipiendo. cap.6. & vltimo.

D. Pauli.
Ad Philippenses in Macedonia, qui necessaria vitae, Paulo vincto, per Epaphroditum miserant, ex Roma scripta, vt primatus ambitionem fugiant, & humilitatem amplectantur, vbi

- Docet retinendos eos in fide, primo salutando, secundo congratulando, quod non solum fidem Euangelij receperint, sed facti sunt Paulo socij, eiusdem confirmatione, ita vt ad salutem nihil requiratur in eis, nisi perseuerantia: aperit quoque propositum sibi esse pro Christo mortem subire, nec vincula ait, quibus ligatus fuerat, attulisse aliquid incommodi sed profectus, & per vincula spem habere eundi ad Deum. cap.1.
- Instruit eos primo ad constantiam, vt non terreantur ad martyrium, secundo vt vnitatem fidei conseruent, humilitatem veram sequantur, timorem Dei amplectantur, & animi tranquillitatem quærant. cap.2.
- Premonet eos, vt sibi caueant à Pseudoapostolis, seu malis operariis, qui non circuncisionē, sed concisionem volunt, circuncisionemq. spiritus & non carnis quærant, vt Paulum imitentur, & non sint inimici crucis Christi. cap.3.
- Solatur afflictos, ab auxilio perfectorum & sanctorum hominum, & Aduentum Christi in auxilium eorum, propinquum esse ostendit, si veram virtutem sequantur, & ea quæ iusta sunt cogitent. cap.4.
- Concludit epistolam, agendo Philippensibus gratias, de reddito sibi beneficio, ostenditq. eos ob gratam memoriam participes futuros, vinculorum & laborum eiusdem. cap. vltimo.

D. Pauli.
Ad Colossenses in Phrigia, minori parte Asiæ, quos Epaphras & Archipus, Pauli discipuli ad fidem traxerāt, hi obseruabāt aliquas traditiones Iudaicas, a quibus vt desistant admonet, & in suorū discipulorum vera doctrina perseuerent, Romæ vinctus exhortatur, vnde

- Salutat eos, & animos eorum per laudem fidei, spei & dilectionis præparat, precaturq. vt omni impleantur sapientia, & fructibus boni operis abundent. cap. 1.
- Prouocat eos ad amorem Christi & Euangelium sectandum, quia transtulit nos a potestate tenebrarum, & remissionem peccatorum adquisiuit: tum etiā, quia imago est Dei patris, genitus ab eo, & primogenitus omnis creaturæ, qui omnia fecit, & in ipso conseruantur, ipseq. est caput Ecclesiam viuificans, & reconcilians nos Deo.
- Hortatur ad patientiam & constantiam exemplo sui, qui gaudebat in passionibus implendo, vt minister Dei, quæ deerant passionis Christi, & inde pro Colossensium salute, quos nunquam viderat satagebat: quos, ne per sublimia sapientiæ verba corrumpantur admonet, neque circūcisionem vllo modo admittunt dicit, quæ nihil valet, quia omnia legalia in morte Christi sublata & extincta sunt. cap. 2.
- Indicat Christum mortuum, victa morte resurrexisse, & modo sedere ad dexteram Dei patris, vt spem nostram in eo ponamus, & quæ sursum sunt sapiamus, non quæ super terram, & nostra conuersatio sit in cælis. cap. 3. vbi in eis requirit mortificationem membrorum, quæ sunt super terram, renouationem seu depositionem affectuum: emendationem totius vitæ, ornamenta noui hominis induenda, nempe virtutes omnes: & sex officia vxorum erga viros, maritorum erga vxores, filiorum erga parentes, parentum erga filios, seruorum erga dominos, & dominorum erga seruos docet.
- Concludit vt Deus adaperiat ostium Apostolis, vt verbum prædicēt, & persuadet Colossensibus, vt orationi instent, & ex variis ministris Christi, salutem eis mittit. cap. 4.

D. Pauli.
Ad Thessalonicenses prima, in Macedonia, de patientia in aduersis, propter spem futuræ resurrectionis retinenda: neue ob ipsius Pauli mortem, à fide fusce[illegible] [illegible] multo post [illegible] ab [illegible] in fide oppugnati fortiter susti[illegible] grauiter in fide oppugnati fortiter sustinuerant, agit de nouissimis temporibus, & Antichristi eiectione.

- Commendat Thessalonicenses, quod inter eos non solum in sermone, sed in multa virtute & Spiritus sancti plenitudine fuerit, atque ita in operibus fidei, in sustinentia spei, in plenitudine charitatis, & omni virtutum genere, docet etiam quod illorum fides orbi innotuit, & forma fuerint omnibus credentibus, & imitatores Pauli. cap.1.
- Consolatur seipsum in laboribus, quod in aduentu suo ad eos, non inanem luserit operam, nec induxerit aliquos errores, aut ad fauorem populi, sed ad Dei gloriam prædicauerit, a vitiis omnibus se abstinendo, nemini etiam oneri fuerit, nec vllis pepercerit laboribus, & animam suam pro Euangelio posuerit.
- Consolatur Thessalonicenses, quod Euangelium, non vt hominum, sed vt Dei verbum susceperint, quod passi sint à persequutoribus, eadem quæ Apostoli sint perpesu à Iudæis, ob idq. idem gaudium & gloriam reportaturos, cap.2.
- Ostendit amorem suum erga illos, tum quod miserit illis Timotheum, vt eos per suam fidem confirmaret: tum etiam, quia habet singulare gaudium, ex eorū progressu in fide. Tertio, quia pro eis semper intercedit, vt in suscepta fide, & in omni bono opere confirmentur. cap.3.
- Recenset in secunda parte epistolę, aliquorum imperfectiones, & docet vt corrigant fornicarios, deceptores in negotiis, otiosos & nimium solicitos de morte [illegible] vt agnoscant eos, qui laborant & præsunt in Domino, corripiant inquietos, consolentur pusillanimes, suscipiant infir[illegible] [illegible] de die iudicii, exhortaturo [illegible] cap. [illegible]
- [illegible] mo peccati, seu Antichristus, quem Thessalonicenses putabant esse Neronem: demonstrat etiam, quia Deus antea est reuelaturus. cap.2.
- Monet quoque duo maxime necessaria, nempe vt caueant à societate & conuersatione pseudoapostolorum, & per Apostolicam traditionem Paulum imitentur, & non deficiant in omni bono. cap.3.

D. Pauli.
Prima ad Thimotheum discipulum, Ephesiorum Episcopum, de Ecclesiastica disciplina seu officio Episcopi, quando venit ex Epheso in Macedonam, vbi ostendit.

- Sanam doctrinam esse, non quæ de fabulis, & genealogiis interminatis disputat, sed quæ in prædicatione ad edificationem Dei (quæ est in fide & charitate) cōsistit, & quæ in discrimine legis, & Euangelij versatur, monstrando legem fuisse pedagogum: Euangeliū vero datum esse in abūdantia, vt qui credit in eo, saluus fiat. Vnde sequuntur duo effectus, alter gratia Dei in Christo, alter vero remissio peccatorum. Modus quoque prædicandi est ab exemplo, vt Paulus, qui ex sua vocatione alios vocat, & a prædicatione, cum corde puro, conscientia bona, & fide non ficta. cap. 1.
- Orationi esse instandum, pro necessariis ad salutem, pro beneficiis acceptis, pro existentibus in sublimitate regiminis, pro omnibus hominibus, vt ad veritatis agnitionem veniant. Vult viros orare in omni loco, mulieres in habitu ornato & verecundia incedere, nec ipsa doceat virum aut dominetur ei, saluabitur autem in generatione filiorum, si in dilectione permaneat. cap.2.
- Ministros Ecclesiæ ordinandos Episcopos, futuros esse irreprehensibiles, vnius vxoris viros, sobrios, prudentes, ornatos, pudicos, hospitales, doctores, non violētos, non percussores sed modestos, non litigiosos, nec cupidos, qui bene præsint domui suæ, & testimonium habeant, ab his qui foris sunt: diaconos etiam qui bene præsint filiis & domibus suis, vt bonum gradum & fiduciam in fide habeant, & sciant quo modo debeant ambulare in domo Dei. cap.3.
- Vitam bonam & honestam clericorum, quando caueant ab spiritibus erroris & imposturis hypocritarum, & hæreticorum, si ineptas fabulas deuitant, si bonum exhibent fidelibus exemplum, in verbo, conuersatione, charitate, fide, castitate, si dilectioni, orationi & doctrinæ attendant, si obseruent gratiam, quæ data est illis per prophetiam, cum impositione manus, qua ratione se ipsos, & alios saluos faciant. cap.4.
- Bona Ecclesię in vsus pauperum distribuenda esse, seniores non increpandos sed vt parentes obsecrandos, iuuenes vt fratres, anus vt matres, iuuenculas vt sorores in omni castitate exhortandas, viduas ab Episcopo honorādas & subleuandas, si vere sint viduæ & dessolatę, si orationibus instant, si non viuunt in deliriis, & sunt irreprehensibiles, probarę in regimine domus, non fornicarię, verbosę aut curiosę: præsbyteros quoque, & prędicatores debere esse, qui bene præsunt. cap.5.
- Iurisdictionem Ecclesiasticam versari, circa delicta coercenda, vbi non quęlibet accusatio contra præsbyteros est admittēda, sed quae duobus aut tribus testibus probetur: item publice peccantes, publice esse arguendos, iudicem non debere in alteram declinare partem, futurum etiam irreprehensibilem: ne dum alios iudicat seipsum condemnet, versatur quoque Ecclesiastica iurisdictio, circa manus impositionem, vbi cauendū, ne cito alicui manus imponantur, ne peccatis Episcopus communicet alienis. cap.5.
- Praedicationem Euangelij & rationem concionandi duas habere partes, alteram, vt retineat populum in officio, obedientes vt bene obediant, præsidentes vt nō affectent diuitias, ne incidant in laqueos diaboli, neue sperent in incerto diuitiarum, sed studeant diuites fieri in bonis operibus, ita vt omnes fugiant cupiditatem, malorum omnium radicem: sectentur iustitiam, pietatem & fidem, charitatem, patientiam & mansuetudinem, persistant quoque in vocatione, qua vocati sunt. Altera pars prædicationis est, vt tueantur concionatores sanam doctrinam, inanes fugiendo quæstiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiae, contentiones, blasphemiae, suspiciones malae, conflictationesq. hominum sediciosorum: mandatum Dei seruent sine macula irreprehensibile, vsque in aduentum Domini: depositum seu doctrinam ab Apostolis traditam custodiant, & prophanas deuitent vocum nouitates, falsi etiam nominis scientiae oppositiones, quas quidam promittentes, a fide exciderunt. cap. vltimo.

D. Pauli
Secūda ad Timotheum, quā in vinculis scripsit Romæ, credendo sperari sibi martyrium, demonstrat quantū sit certādum, pro humana salute, & pro fidei defensione, & substituit Timotheum in Apostolatu, indicando.

- Quantam in eo habeat fiduciam, de fide non ficta propter matrem, & auiam Christianas, propter vberiorem gratiam, quā per manus impositionem susceperat cap.1.
- Comparatione ad strenuū militem, & athletam, in quo requiritur certamen: ad agricolam, qui debet esse laborando solicitus cap.2. quantū intersit bene præesse.
- Quanta etiam sint instituenda propter spem, & adoptionem vitæ æternæ, ipsis pastoribus. Quomodo sit hæreticorū petulantia, & procacitas compescenda cap.2.
- Multitudinē impiorum hominum, qui grassatuti sunt in diebus nouissimis: quomodo possit quisq. vitare, & fugere cap.3.
- Futurum esse, vt quidam fidem deserant, & ad fabulas conuertantur, & ei, iam imminere mortem martyrij, versiculo. Ego enim iam delibor. capite. 4.

D. Pauli
AdTitum, qui a Paulo Cretēsibus præfectus, ex Nicopoli mittitur, docet quales oporteat esse eos, quib⁹ creditū est diuini sacrificii munus, & habet duas partes.

- Prima, causam explicat Tito relictum fuisse in Creta, vt ea quæ desunt corrigat, & per ciuitates præsbyteros constituat, cap.1.
- Deinde instituit eundem, quales debeat ordinare Episcopos, & Præsbyteros, sine crimine nempe, hospitales & benignos, potentesq. exhortari in doctrina, sana, arguendo contra eos qui veritati contradicunt: ostenditq. qualis sit veræ religionis doctrina, nempe, vt Præsbyteri & Episcopi loquantur, quæ decent sanam doctrinam, in omnibus præbeant se exemplum bonorum operum, senes sint sobrij & prudentes. cap.2.
- Anus sensatæ, non criminatrices: adolescentulæ castæ & amēt viros suos, iuuenes sint sobrij, serui subdātur dominis, & omnis Christianus potestatibus & principibus obediat, mansuetudinem, erga omnes demonstrando, fidem tenēdo, falsos christianos redarguēdo, extraneos ad fidē christianā, mansuete & leniter mouendo, hæreticos post vnam atq. alteram correptionem deuitando, cap. vlt.

D. Pauli.
Ad Philemonem, Phrigium genere & nobilem de pœnitētibus iterum in gratiam recipiendis: scripsit Epistolā vinctus Romę & Onesimū, qui rebus sublatis, a Philemonis domo aufugerat recipiēdum docet.

- Primo, beneuolentiam captat a Philemone, propter eius charitatem & fidem, quam habebat in domino, suamque in Philemonem fiduciam ostendit.
- Secundo, praecatur eidem veniam, per viscera sua, quia Onesimum, vt propriam diligebat animam, per cōmune societatis vinculum & mutuum amorem.
- Tertio, factum excusat modestia, forsan enim ait, discessit ad horā, vt in ęternum illum reciperes, & pollicetur vtilitatem, si Philemoni aliquādo Onesimus fuerit inutilis, quod etiam iam vtriq. Paulo & Philemoni, futurus sit vtilissimus, indemnitatem quoq. sibi imputari rogat, si quod ei damnum ab Onesimo, fuerit illatum. cap. vnico.

Libri sapientiales noui testamenti qui libris sapientialib⁹ veteris testamenti, correspondēt, diuidun tur in Epistolas.

Argumenta Hebræorum, quibus legum cæremoniis, plusquam fidei mysteriis tribuebāt. Primum, quia lex per ministerium Angelorum data fuit, ad Galat. 3. Secundum, autho-
ritas Moysis, quem mediatorem vocat Paulus, iuxta id quod Deuter. cap. 5. dicitur: Ego sequester & medius fui inter Dominum & vos, in tempore illo, vt annuntiarem
vobis verba eius. Tertium, pontificatus Aaronis, cuius maiestatem declarat Ecclesiasticus, dicendo: Excelsum fecit Aaron fratrem eius, & dedit illi sacerdotium gentis, &
beatificauit illum in gloria. Quartum, successio sacerdotij legalis perpetua, qua promissa fuit, non solum ipsi Aaron, sed & semini eius in secula. cap. 47 Ecclesiastici. Quin
tum, tabernaculi per Moysen, ad ipsius Dei perscriptum fabrefacti celebritas. Exodi. 25. Sextum legis ipsius præstantia & dignitas de qua Moyses in Deuterono. 4. Quæ
enim alia gens (inquit) sic inclyta, vt habeat cæremonias, iustaq. iudicia, & vniuersam legem. Septimum, sanctimonia eorū quæ in tabernaculo continebantur, quę sancta san
ctorum dicebantur, de quibus in toto Exodo. Octauum, efficacia sacrificiorum, quorum virtute, vt patet ex toto Leuitico, credebant populo omnis generis remitti pecca
ta. Nonum, promissiones veteris testamenti, sanguinis effusione firmatę. Exodi. 24. vbi lecto Domini mandato, ait Moyses. Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus
vobiscum, super cunctis his sermonibus. Decimum, frequentatio hostiarum, sine continuus sacrificiorum vsus, vnde propheta Daniel. cap. 8. Cessationem sacrificij abomi-
nationem vocat dessolationis. Vndecimum, vestigia maiorum, & eorum, circa obseruationem legis religio, de maioribus enim gloriantur Iudęi. Ioan. 8. dicentes Christo
Domino Nunquid tu maior es patre nostro Abraham? Duodecimum, signa & miracula, quibus in veteri testamento, Deus legis authoritatem confirmauit, nam vbi lex data
est, cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, Exod. 19.

Retorsionem & confutationem argumentorum in communi. Primo, comparando Angelos, Moysen, Aaron, & reliquos Patriarchas & Prophetas, quos Iudęi legis suę autho-
res iactabant cum Christo veritatis & legis Euangelicae principio & authore. Et sic primum argumentum infirmatur, ex eo quod Christus, tanto melior est Angelis, quan-
to præstis (vt ait) Paulus differentius nomen haereditauit, quia ipse est splendor Patris, & figura substantiae eius, portans omnia verbo virtutis suae: Angeli vero sunt mi-
nistri eius, missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. cap. 1. Vnde sicut transgressores legis Moysis puniebātur, transgressione probata, sic legis Euangelicae trans-
gressores grauiori sunt pœna puniendi Christus, etiam licet factus sit minus ab Angelis, hoc ita factum est, vt nobiscum, vt frater in passionibus communicaret. capit. 2.
Secundum argumentum, refutatur ex eo, quia licet Moyses, vt patet 12. Numerorum fuerit seruus in domo Dei fidelis, quae est congregatio electorum: Christus eo praesti
tit ei, quia ipse hanc domum fecit, & non vt seruus, sed vt filius in ea versatus est, cap. 3. & si lex Mosayca transgressoribus aeternam minatur mortem, lex Christi requiem
aeternam pœnitentibus promittit, ibi. Hodie si vocem meam audieritis, nolite obdurare corda vestra. Psal. 94. & si lex caeremoniarum inhaerebat literae, & erat mortua,
sermo Christi est viuus, & penetrabilior omni gladio. cap. 3. & 4. Tertium argumentum cadit ex eo, quia virtus Aaronis non penetrabat caelos, vt ea quae est Christi, qui
non ex hominibus, vt ille, est assumptus, sed vt filius Dei & sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech: nec ipse clarificauit seipsum vt fieret Pontifex, sed a Pa
tre est clarificatus, & ex his, quae passus est, didicit cōpati infirmitatibus nostris, qui etiam orando exauditus est pro sua reuerentia. cap. 5. Quartū argumentū, de successio-
ne sacerdotij, cadit ex eo, quia (licet nō sit de fide, pœnitētia sacramētis & articulis fidei, modo agēdū, quia impossibile est semel baptizatos, si relabantur, iterū lauari. c.
6.) sacerdotiū tamē Christi legali est excellentius, quia secundū ordinem Melchisedech fuit institutū. Psal. 109. quod sacerdotiū Leuitico est excellētius in dignitate, quia
Melchisedech, qui typum gerit Christi, rex iustitiae interpretatur, ipse est etiam rex Salem, quod est rex pacis, sine patre, sine matre sine geneal. gia, neque initium d erum,
neq. finē vitae habens, & assimilatus filio Dei, manet sacerdos in perpetuū. in principio cap. 7. Authoritate quoque defenditur, quia Melchisedech benedixit ipsi Abrahae,
& Abraham in signum superioritatis decimas dedit ipsi Melchisedech: vnde Leui & Aaron, qui erant in lumbis patris Abrahæ, fuerunt ibi inferiores, & cum sacerdotium
Christi adueniat ex tribu Iuda, & stirpe Dauid. necesse est, vt mutato sacerdotio (legis etiam) quę illud regebat, mutatio fiat in Christo summo sacerdote, qui in Melchise-
dech iureiurando firmatus fuit, & inde assumpsit perpetuitatem, quam modo habet. cap. 7 Quinta ratio, de tabernaculo infirmatur, quia illud locum habuit in terra, Chri-
stus autem in caelis mansionem habet: tum etiam, quia si illud fuit terrenum & factum est a creatura, istud est caeleste, à Deo productum: in via etiam excedit, quia maiora
in isto, quam in illo offeruntur, in fine quoque, quia antiquum illud legis Mosaycæ tabernaculum figura fuit noui. capite. 8. Nec sextum argumentum de legis præ-
stantia obstat, quia illa promittit terrena, vt Isaiæ 1. declaratur: imperfecta quoque pollicetur, vt Hierem. 31. ostenditur, & in membranis fuit scripta: lex autem noua pro-
mittit spiritualia. Matth. 5 Perfecta est etiam & scribitur spiritu & mente. Sactimonia quoque contentorum in tabernaculo non impedit, quia in priori eius parte erant cā-
delabrum, mensa, propositio panum, quam ingrediebantur sacerdotes, quotiescunq perficienda essent sacra, in posteriori erat Sancta sanctorum, distincta velamine a priori,
vbi obseruabantur turibulum aureum, & arca testamenti, & in ea vrna aurea habens manna, virga Aaronis, quæ fronduerat, & tabulæ testamenti: hanc partem solus potifex
ingrediebatur semel in anno, & non sine sanguine quem pro sua & populi offerebat ignorātia: in nostram autem Ecclesiam, & ingressi sunt patres veteris testamenti, & nos
semper ingredimur: ad cælestem autem non patuit ingressus, nisi per nostrum Christum. cap. 9. Dissoluitur etiam ratio de sacrificiorum efficacia, quia sanguis hircorum aut
vitulorum cum cinere, solum corporis sanctificationem inferebant, sanguis vero Christi gratiam quę animā lauat, ideo sacrificia illa inutilia, nostra vero perfecta sunt. c. 9.
Promissa quoque veteris legis, quæ nono continentur argumento, preciosiori sunt sanguine firmata, Christi nempe, qui preciosior est cunctis aliis. Quod dicitur de frequen-
tia sacrificiorum, indicium erat imperfectionis, quia non habebant vnum sacrificium perfectum ad omnia peccata delenda, vt nos habemus in sacramento, & vero corpore
Christi. cap. 10. Vndecimum argumentum de vestigiis maiorum minus valet, quia patres veteris testamenti, non obseruatione legis, sed fide placuerunt Deo, fides autem est
substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium, quod patet eorum, qui fuerunt ante legem exemplo, vt Abel, qui fide meliorem obtulit hostiam, quam Cain,
vt Enoch, qui fide translatus est ne videret mortem, vt Noe, qui aptauit arcam in salutem domus suæ, vt Abraham, qui credendo exiuit de terra sua, & in incognitam perre-
xit, vt Isaac, qui de futuris benedixit Iacob & Esau, vt Iacob, qui moriens singulos benedixit filios, in Ioseph etiam, qui veniens ad mortem profectionem filiorum Israel va-
ticinatus est: demonstratur etiam in his, qui tempore legis vixere, vt Moyses, qui occultatus est tribus mensibus a grandis negauit esse filium Pharaonis, reliquit Aegyptum,
& celebrauit Pascha: filij Israel fide transierunt mare Rubrum, muri Hierico fide corruerunt, & Raab meretrix non periit cum incredulis. Et post legem temporibus iudicū
& Prophetarum, sancti vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladij,
conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum, acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. cap. 11. Vnde infertur perseuerandū
esse in religione Christiana, & perferendum quiduis pro ea, Hebræosq. pro huius virtutis neglectu reprehendendos, quos in virę honestate, & morum sanctitate, conseruari
Paulus desiderat. cap. 12. Signa quoque, quæ erant fundamentum duodecimi argumenti, maiora reperiuntur in nouo, quam in veteri testamento: illud etiam asperum erat,
[illegible] quia lex Christi suauis est, & eius onus leue, & in ista lege saluantur, qui charitatem fraternam sectātur, hospitalitatem, castitatem, me
[illegible] abstinentiam amplectuntur, qui gratias agunt Deo pro omnibus & humilitatem, obedietiam q. toto co-
[illegible] contra superbiam [illegible] verbo Dei assentiantur in religione, [illegible]

D. Pauli. Ad Hebręos pro Euagelio, & fide christiana, contra legis antiquæ cultum & obseruantiā, ex Italia, Hierosolymam, & in Palestinā missa, & lingua Hebraica scripta, continet.

[illegible] quæ erant in dispersione scribit, vt

[illegible] licam, humilitatem [illegible]
mine Dei quærant mediocritatem, quę modum ponit in omnibus, gulam & luxuriam fugiant, [illegible]
orantes corrigant. cap. 5.

Gratias agant Deo propter sex. Primo, quia regenerati per baptismum ad hęreditatem ęternam. Secundo, quia per virtutem Dei custodimur in salutem. Tertio, quia est facul-
tas resistendi omnibus persequutionibus. Quarto, quia salus animarum nos facit credere in Christum non visum. Quinto propter donum prophetię, quod futuram gloriam
reuelauit. Sexto propter missionem Spiritus sancti in Prophetas.
Fugiant omne vitium, & morum sectentur sanctimoniam.
Considerent septem, quę nos debent impellere vt Deum sequamur, gratiam nobis vltro donatam, obligationem qua ad antidota salutis excitamur, mutuam inter Deū Pa-
trem & Filium, & nostri cum eo coniunctionem, magnitudinem precij, quo redempti sumus, dignitatem regenerationis nostræ. cap. 1.
Gustum dulcissimum Domini, & certitudinem fidei nostrę (quę ędificata est super lapidem viuum, vt nos super ædificemur in domum & sacerdotium offerentes hostias acce-
ptabiles.) consequantur. cap. 2.
Sequantur virtutes, qui sunt in serutli conditione, abstinendo a carnalibus desideriis, exēplum proximo bonum præbendo, magistratui obediendo, religionem, reuerentiam
timorem Dei conseruando, dominis etiam dyscolis morem gerendo, & Christum in omnibus virtutibus imittando. cap. 2.
Regantur coniuges his legibus, vt mulieres humilitatem & obedientiam, honestam etiam habeant conuersationem, vt maritos lucrentur, & cultum animi potius quam cor-
poris quærant: viri cohabitent cum vxoribus, cædant interim aliquid earum moribus, exhibeant eis honorem, vt cohæredibus gratiæ, abstineant aliquando ab earum vsu,
vt orationi vacent.
Curent virtutes ciuiles inter homines, concordiam nempe & humanitatem compatiendo, pietatem etiam: non reddentes malum pro malo, iustitiam quærant, declinando a
malo & faciendo bonum, innocentiam & promptitudinem, ad reddendam rationem de fide habita, cap. 3. Erga seipsos requirit vt homines resistant concupiscentiis. Erga
Deum petit, vt contemplentur esse omnium finem, & virtutibus in eum esse eundum, Christianus enim constans in fide, fortis in persequutionibus, & cautus ne in peccatū
incidat esse debet. cap. 4.
Præsint Ecclesiastici cum fide & diligentia, sponte, & non coacte, non turpis lucri gratia, absq. superbia cum bono exemplo & conuersatione.
Subsint oues obedientes, seruantes humilitatem, timentes Deum, sperantes in eo, sobrietatem & vigilātiam amantes, fortes & constantes, vt omnes consequantur vitā æter
nam. cap. vltimo.

D. Petri Apostolorum principis prima, qui ad Iudęos, ad quos missus fuerat, scribit, vt

Comendat fidē, quia est virtus diuina, cum qua alia nobis donata sunt preciosa promissa: tum etiam quia adquirit nobis diuinam naturam & liberat a corruptione
peccati. Tertio ab efficacia, quia fides virtutem ministrat, virtus scientiam, scientia abstinentiam, abstinentia patientiam, patientia pietatem, pietas fraternum
amorem, fraternus amor charitatem. Quarto quia certa est fides, nam viuo Dei oraculo de celo demisso, comprobatus est auctor fidei, ibi: Hic est filius meus di
lectus, &c. Matt. 3. & 17. Marci. 1. & Lucæ 9 capite, quod testimonium prophet co præponderat.
Demonstrat fugiendam esse hæreticorum conuersationem, quia vani præsumptuosi, luxuriosi & auari sunt: hæretici enim & luxuriantes luent pœnas, vt illi qui
detrusi sunt Angeli in tartarum, & vt peccantes in prima origine, seu vt sodomitæ, qui igne extincti sunt.
Ostendit mores hæreticorum, ignorantiam nempe, impietatem, immūdiciam, gastrimargiam, seu deliciarum affluentiam, impudicitiam, auaritiam, hipocresim,
studium malignum, dolum, mendacium. & ingratitudinem. cap. 2.
Declarat præparandos esse homines ad iuditium. cap. vltimo.

Diui Petri 2 ad eosdē scripta, eiectis proselitis Ponti, Galatię, Capadocię, Asiæ, Bitinię de fidei præstantia & vicissitudine rerum.

Fidei seu trium theologicarum virtutum veritate, & dignitate, quatenus per eas contrahitur amicitia non solum cum hominibus sed etiam cum Deo, & vt
Deus ipse, ita etiam fides in Christum, lux est qua indigemus, vt iustificemur per Christum, quia sumus peccatores, & per fidem (media charitate) iustifica-
mur & in eius lumine ambulamus & habemus aduocatum Christum. cap. 1. & 2. Per charitatem etiam ab ea procedentem, Deum & proximum diligere tene-
mur: mundum hæreticos & vitia contenēndo, sperando in Deum, propter immensam charitatem, quam dedit vt filij eius nominemur, & simus, quia
ipse est qui potest perficere spem nostram, si vera doctrina vita & moribus Christum imitemur, cuius passio pro nobis spem nostram dirigit, quæ túnc est ve-
ra, quando adest puritas in consciētia, nec reprehēdunt nos corda nostra, & Dei ad nos inclinationē sentimus, qua præces nostras clementer exaudit. cap. 3.
Secundo, de eisdem virtutibus agit, vt non credamus omni spiritui, per donum fidei, & probemus an a Deo sit, qui versatur circa diuinitatem & humanitatem
Christi, & ea virtus discernit, veros fideles ab hæreticis. cap. 4. Per charitatem quoq. quatuor obtinemus fructus, esse nempe filios Dei, cognitionem eiusdē,
imitationem perfectissimam, & vnionem, a qua charitas & virtus spei proficiscitur, nā ex charitate fiduciā habemus in Deum, & per eam excluditur timor.
Tertio, hortatur Christianos ad amorem Dei, quia ipse prius dilexit nos. cap. 4. ad amorem proximi quia est præceptum Dei, & charitas leuiora facit mandata.
cap. 5. & quia ex amore Dei amor proximi sequitur, & in eo ostenditur fidei præstantia cum vtilitate coniuncta; quia quod natum est ex Deo vincit mundum.
Demonstraturq. eiusdem certitudo, quatenus Christus in quem credimus ea fecit, quæ nullus alius potuit facere, cuius diuinitatis tres in cælo personæ, & spi
ritus aqua & sanguis in terra, testimonium dant: & quilibet in propria conscientia facta Christi notando, sentit eiusdem influxum, ad assentiendum veritati.
Vnde septem quilibet potest sperare, nempe vitam æternam ab eo promissam, exauditurum eū preces promissas, obsecrationes nostras pro aliis esse eficaces;
credentes vere custodiri a peccato, Deum in hoc mundo suis ad esse, Deum quoq iam olim venisse, & datam esse nobis religionem immaculatam. cap. 5.

D. Ioannis Apostoli prima contra Cherintum & Marcionē, qui filium Dei, ante matrem non fuisse asserebant, de

Diui Ioannis Epistola secunda, in qua probat extra charitatē non esse fidei perfectionem.

Congratulando de profectu, quem matrona Electa vna cum liberis & subditis suis fecerit in fide.
Exhortādo vt retineant fidem, spem, & charitatē, contra hæreticorum imposturas.
Designando præmia permanentibus in doctrina Apostolorum, & pœnas minando hæreticis, & illis, qui cum eis colludunt. cap. vnico.

Diui Ioannis tertia scripta ad Cayum Corinthium: eum

Extollendo aliorum Christianorum testimonio, ab honesta conuersatione & hospitalitatis virtute.
Commonefacit vt caueat a Diotrefe, qui tyranidem in sua Ecclesia exercebat, & studeat imitari Demetrium probatum
ab omnibus cap vnico.

Diui Iacobi Apostoli ad omnes Christianos, contra fidei corruptores, vt fidem cum charitate coniunctam habeant

Exhortando ad constantiam permanendi in doctrina Apostolorum, ad certamen fidei suscipiendum, & ad deffensionem proprię salutis. Reprehendit
etiam impios & hæreticos, gratiam Dei transferentes in luxuriam, quos diuersis comparationibus & exemplis confundit, comparando eos peruersis
Israelitis, Angelis prauis, fornicantibus sodomitis, Cayn Balaam, & Chore, nubibus quoq sine aqua, infructuosis arboribus, fluctibus maris, & erran-
tibus sideribus, & demonstrat, resipiscētes hæreticos, non esse contemnendos, ceruicosos autem & proteruos, fugiēdos & redarguendos, tota Epistola.

...mium, vbi ostenditur Apocalypsis authoritas, ex persona Iesu Christi, Dei patris, Angeli & Ioannis: necessitas quoque ex eo, quia est de his, quæ oportent cito fieri: efficacia etiam,
vtilitas ex eo apparet, quia est beatus, qui legit & audit verba prophetiæ huius: amplitudo quoque & sufficientia doctrinae, quia non vni, sed septem Asiae promulgata fit Ecclesiis: ac
perinde sufficiat vniuersæ Ecclesiæ. Materia autem, de qua agitur, est tribulatio, quam passura est Ecclesia, quæ figuratur per septem candelabra aurea: consolatio etiam, quam recipiet
Ecclesia a Christo, designato per filium hominis, & in medio candelabrorum apparentem: cuius reuerentiam designauit Ioannes, ad pedes eius cadendo: modum quoque & formam de-
clarat, quia obscuritatem habet cum euidentia commixtam cap. 1.

De morū reforma-tione.

Per septem epistolas, quas diuus Ioannes septem missit Ecclesiis, Ephesinę, vt charitatem amplectatur: Smyrnensi, vt spem conseruet: Pergamensi, vt fidem ha-
beat: Thiatirensi, vt prudentiam sectetur: Sardensi, vt temperantiam amplectatur: Philadelphiensi, vt fortitudinem obseruet: Laudicensi, vt iustitiam in omni-
bus quærat: & ita per easdem epistolas exhortatur episcopos earundem Ecclesiarum, vt charitatem diligant in prima, magnanimitatem in secūda, seueritatem
contra malos credentes in tertia, seueritatem contra dogmatizantes in quarta, humilitatem in quinta, stabilitatem in sexta, strenuitatem in septima epistola,
capit. 2. & 3.

De reuelationibus sumarie.

Quoad literam prima est, quæ septem sigillorum exhibet imaginem. a cap. 4. vsque ad 8. Secunda, in qua totidem Angeli tuba canentes appa-
rent, a cap 8. vsque ad 12. Tertia habet commixtionem diuersorum signorum, mulieris & draconis, pugnantium Angelorum, agni & bestia-
rum, centū quadraginta & quatuor milliū signatorum, necnon septē Angelorū, a cap. 12. vsq. ad 15. Quarta continet septem Phialas, & nouissi-
mas plagas a capit. 15. vsque ad 17. Quinta continetur sub figura mulieris & bestiæ, & damnationis earum. a capi. 17. vsque ad 21. Sexta, pro-
cedit sub metaphora nouæ ciuitatis, & omnium ornamentorum eius, quoad fundamentum, muros, fluuios, & vitæ lignum. cap. 21. & 22.
Quoad misticā visionum expositionem, quia est eorū, quę referuntur ad reuelationem misteriorum veteris testamenti de Christo, quæ ante ad-
uentum eius latuerunt, & per eius aduentum manifestata sunt. Secūdo refertur ad prędicationem tam ipsorum mysteriorum, quam tactæ re-
uelationis. Tertio dirigitur ad commixtionem hominum, & pugnam eorum, qui in hac militanti Ecclesia degunt, tam boni, quam mali.
Quarto, quoad punitionem malorum in pręsenti. Quinto, quātum ad vindictam eorum in futuro, non solum hominum malorum, sed etiam
Angelorum, in culpa & causa culpæ. Sexto, ad retributionem iustorum.
Quoad historiam notandi septem Ecclesię status, primus est fundationis in Apostolis & discipulis. Secundus persequutionis imperatorum in
martyribus. Tertius prosperitatis tēpore Constantini. Quartus discessionis sub temporibus hęreticorum. Quintus pacis & auctionis tem-
pore Caroli Magni, & aliquot imperatorum successorum. Sextus, est nouissimę persequutionis Antichristi, & suorum discipulorum. Septi-
mus est iudicij & aduentus Christi, ad praemiandum bonos, & malos puniendum.

PRima visionis primę pars seu prophetia, cōtinet statum Ecclesiæ primitiuę, ab Apostolorum aetate, vsq. ad Iulianum apostatam inclusiue, quo tempore Eccle-
sia clausa, & quasi sigillata fuit, sub persequutione imperatorū, quod tempus prædicitur in septem sigillis, sed prius per 3. cap. ostendit magnificentiam visio
nis suae, quoad locum, vbi dicit. Post hæc vidi ostium apertum in caelo, quod ibi etiam militantem Ecclesiam significat: idem notat quoad thronum, vbi di-
citur. Sedes posita erat in caelo, & qui sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis, & sardonis, qui significant sedem Romanam, cuius Christus est caput stabi-
litatem fidei, & promissionē Christi, quia rogauit pro ea. Luc. 22 Idem denotat quoad cœtum concomitantium, quia mox vidit Ioannes 24. sedilia, & super
thronos 24. seniores sedentes, quę figurabant vniuersos totius orbis episcopatus, omnes item omnium ecclesiarum episcopos: tempore etiam Dauid 24. erāt
Pontifices, & per dies diuina peragebant sacra. Repraesentat etiam thesaurum donorum caelestium doctrinae, & miraculorum, quia fulgura & voces de
throno procedebant: gratiā quoque, quae est in sacramento Confirmationis, in quo septiformis confertur gratia, & septem Spiritus sancti dona, quae hic per
septē lāpades intelligūtur: munditiā etiam ab omni peccato per sacramētum baptismatis, ibi. Et in conspectu sedis, tanquā mare vitreū: significat adhuc quo
ad testimonium quatuor animalium, magnificentiam, quia ipsa repraesentant quatuor Euangelistas seu prædicatores, non habentes requiem in praedicatio
ne: idem innuitur, quoad gratiarum actiones, quas animalia exhibēt. 24. etiam seniores, seu vniuersæ cathedrales ecclesiæ totius orbis, soluēdo horarias pre
ces, & diuinum celebrando officium. cap. 4. In cap. 5. ostendit obscuritatem libri, quia intus & foris signatus est sigillis septem, demonstratur quoque summa
Christi dignitas, qui solus dignus est habitus aperire librum, & cognitionem illorum mysteriorum, & hoc ratione nobilitatis, quia vicit leo de tribu Iuda: ra
tione passionis, quia tanquam agnus fuit occissus: ratione plenitudinis gratiæ & sanctitatis, quia habebat cornua septem, seu dona Spiritus sancti, & oculos
septem, seu plenitudinē cognitionis. Postremo exhibetur aplausus cum gratiarum actione hominum, & angelorū acclamantiū benedictionem & gloriā, &c.
Vnde iam agreditur prophetiam de statu Ecclesiæ primitiuæ, sub imperatoribus Cayo, & Claudio vsque ad Iulianum per septem sigilla, quorum sex aperiun-
tur. cap. 6. vt septimum, in 8. cap. aperiat, & hæc omnia sub imagine quatuor Angelorum, stantium super quatuor angulos terræ, & tenentium quatuor ventos,
ne flarent super terram, mare, aut arborem vllam. cap. 7.
In primo sigillo visionis primæ, prædicitur Ecclesiæ libertas, & prædicationis Euangelicæ, sub imagine animalis primi, denotantis Euangelistam Marcum, in
cuius Euangelij capite vltimo dicitur: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturę Vox etiam tonitrui, dicentis: Veni & vide: idem
declarat. Equs vero albus denotat cādorem, & velocitatem Apostolicę doctrinę, quę continuo per totum orbem est dispersa: qui insidet equo, est Christus cū
arcu praedicationis & gratia, quam promissit & dedit Apostolis, corona insidentis equo, figurat victoriam, quam habuit breuiter subiugando mundum ad suā
fidem, in principio cap 6.
In secundo sigillo, declaratur persequutio Catholicae Ecclesiae, sub visione secundi animalis dicentis: Veni & vide, & hoc significat Euangeliū Matth. qui 24.
cap. ait. Tunc tradent vos in tribulationem & occident vos. Rufus equs erat imperium Romanum, propter sanguinis effusionem a Neronę factam, cuius tā
fuit auidus, vt nec a parricidio manus abstinere posset, vel propter impurissima eiusdem scelera, aut quia Romam incendit & cupiebat totam igne flagrare,
qui sedebat super equū rufum, erat Nero, qui habebat potestatē, vt sumeret pacem de terra, & vt inuicem se homines interficerēt, qui etiam magnus fuit Ecle-
[illegible] gladius, dum multos interfecit sanctos. cap. 6. [illegible] Lucas, qui disertis verbis destructionem Hierusalem praedixit, quando [illegible]
In quarto sigillo, declaratur persequutio secunda Domiciani imperatoris, sub figura animalis quarti, [illegible] Euangelistam Ioannem [illegible] maxi
mam in mundo pressuram habebitis cap. 16. Equs pallidus, dicitur status Ecclesiæ formidantis & timentis: vel quia Domicianus propter inuidiam dictus est
pallidus. Insidebat ipse mortis equo, quia data est ei potestas interficiendi super quatuor partes terrę, gladio, fame & aliis tormentis, infernus quoque ipsam
insequebatur mortem, quia illuc ipse fuit detrusus. cap. 6.
In quinto sigillo, ostenditur diuturnitas posteriorum persequutionum, cui vaticinio adiungitur liberationis consolatio, sub imagine animarum, interfectorum
subtus altari, petentium vindictam de persequutoribus, quibus dictum est, vt modicum conquiescant, donec impleatur numerus interficiendorum. cap. 6. De-
cem enim fuere imperatores, qui Ecclesiam sunt persequuti, Nero de quo in secundo sigillo, Domicianus in quarto. Traianus Antoninus, Seuerus, Maximinus,
Decius, Valerianus, Aurelianus & Diocletianus, quorum persequutiones continent prædicta, & sextum sigillum, sub mysteriis terremotus magni, qui commo-
tionem significat gentium, ab Oriente vsque ad Occidentem. In mysterio Solis intelligitur Christus, qui hominum opinione factus est, tanquam silic nus [illegible]
ceus. In mysterio Lunæ repræsentatur Ecclesia, quæ tota facta est, propter martyrum neces, velut sanguis. Sub mysterio stellarum intelliguntur sancti, qui de cæ
lo perfectionis, cæciderunt super terram. In mysterio cæli detegitur Euangelica prædicatio, quæ recessit velut liber inuolutus. In mysterio montium & insu-
larum declarantur templa, quæ de locis suis deuastata & diruta sunt. In mysterio Regum, tribunorum, diuitum, fortium & liberorum, aduertūtur, qui se in spe-
luncis & petris absconderunt. cap. 6.
Secunda visionis primæ pars, tractat finem persequutionum, sub figuris quatuor Angelorum, stantium super quatuor angulos terrę, & tenentiū ventos ne flarent,
in figura quoque Angeli ascendentis ab ortu solis, & præcipientis aliis Angelis, ne noceant terrę & mari: idem designatur in numero etiam signatorum ex tri-
bubus Israel, & ex omnibus gentibus, quę stabant ante thronum, & clamabant laudantes Deum, in Angelis cadentibus in facies suas, in senioribus adorantibus
Deum, & in quatuor animalibus Deum laudantibus, quod totum mysterium explicat vnus de senioribus cap. 7.

SEcūda visio, in qua agitur de secūdo Ecclesię statu, a Iuliano, Iouiniano & Valentiniano imperatoribus, vsque ad Mauritium, quo tēpore Gregorius Magnus
tenuit pontificatū, & Ecclesia fuit quasi sub Angelis tuba canentibus, idest sub persequutionibus hęreticorum, ante quos fuit propagatio cultus diuini. nam
apparuit Angelus ante altare, qui officium peregit sacerdotale, habuit thuribulum aureum, seu cor plenum charitate, deuotione, cui data sunt incensa mul-
ta, quia summus erat sacerdos, sub cuius dominio orationes sanctorum fiebant: & sic coram Deo ascendit fumus incensorum, de manu Angeli, qui amplexo
thuribulo accepit tonitrua comminationum & pœnarū, & implendo illud igne altaris, recepit promissiones cęlestes, & fulgura miraculorum, & quia misit in
terram, factus est terremotus magnus, seu commotio quędam in bonum, quod factum est in tota Ecclesia, & tunc præparauerunt se Angeli, qui habebant septē
tubas vt canerent.
Primus Angelus Sathanę, qui per grandinem superbiæ, & ignem malorum, sanguinem martyrum effudit, fuit Arrius & eius fautor Valens imperator, qui assere-
bat (patrem esse maiorem filio, quoad diuinitatem) qui damnati sunt in Nicea Bithinię, sub Constantino magno in Synodo 318. Episcoporum.
Secundus Angelus dęmonis fuit Macedonius, qui (Filium Patri similem per omnia, Spiritum sanctum vero, nihil cum Patre habere commune) statuit, qui Cōstan-
tinopoli in Synodo 150. Episcoporum condemnatus est. inde dicit Ioannes, montem magnum igne ardentem, missum esse in mare seu Ecclesiam. Item quod ter
tia pars maris, facta est sanguis, quia tertia Trinitatis persona deturbabatur. Et quia baptizati in illo perierunt, dicitur quod tertia pars creaturarum, quę habe
bant animas, in mari mortua est, nauium quoque tertia pars submersa est, quia alios gubernantes & portantes, etiam eius doctrina perierunt. cap. 8.
Tertius Angelus malus fuit Pelagius in Britania, qui (hominem propriis viribus gratiam posse comparare, & sine peccato originali nasci) asseruit, iste cæcidit de
caelo Ecclesiae, quia errauit in tertiam partem fluminis seu aquas baptismi, quae fictae sunt amarae, illis qui nō crediderunt ob praedictam haeresim. cap 8.
Quartus Angelus fuit Eutiches Abbas Constantinopolitanus, qui (naturam diuinam in carne fuisse conuersam in verbo) asseruit, qui in tertia Synodo vniuersa-
li, sub Theodosio fuit condemnatus, qui Solem seu diuinitatem adumbrare, Lunam seu Ecclesiam obscurare, & tertiam partem stellarum seu Episcoporum, ob
tenebrare dictum est, quia Deo diuinitatem voluit adimere, & Ecclesiam suosq. ministros à veritate fidei deflectere. cap. 8.
Quintus Angelus Sathanæ, fuit regnum Vandalorum, & Hunnorum, cuius Regem Gensericum cæcidisse de cælo, seu Ecclesia in terram tradit, qui habuit clauem
abyssi, seu putei hæresis Arrianę, & ascēdit fumus falsæ doctrinæ de puteo, & obscuratus est Sol seu notitia Christi. & aer, seu fides Spiritus sancti, & locustis seu
pręd icatoribus falsis præceptū est, ne læderent habētes signum Tau bone doctrinæ, sed solum peruersos, & per quinque menses seu Reges, Gundericum nempe
Gensericum. Honoricum, Trasamandum, Gildimerum, data est eis potestas nocendi bonis: Vandali enim à Gothis persequuti in Hispania accersiti sunt in Afri
ca, à Bonifacio Duce Romanorum, & sic isti per quinque dictos Reges humana & diuina turbarunt, & hoc est primū Væ, quod abiit & alia duo supersunt, cap. 9.
Sextus Angelus malus declarat secundum Væ, quod est schisma inter Laurentium & Simachum, imperante Anastasio Eutichiana infecto hęresi, qui Christianos
persequebatur, sicuti & Theodoricus Rex Arrianus, qui in Italia regnabat, qui dicuntur à Ioanne dæmones alligati in Euphrate, habentes loricas igneas ia-
cinthinas & sulphureas inuidiæ, execrationis & luxuriæ, à quibus plagis infecta est terra. cap. 9. Quia tamen facta est pax succedente Iustino Catholico impe-
ratore ipsi Anastasio hæretico, ait Ioannes, quod vidit fortem de cælo seu gremio Ecclesiæ descēdentem, habuitq. signum pacis & librum apertum, quia præ-
cepit publico edicto, omnes hæreses in imperio aboleri, habebat enim tunc vnum pedem in mari Ecclesiæ & alterum in terra Gentilium, & vbi Angelus seu
Iustinus loqnutus est, cœperunt loqui septem tonitrua seu prædicatores & Angelus iurauit abolendā hæresim in Italia, in secula seculorum. Tamen quia Iusti-
nus & Iustinianus edidere multas sanctiones in fauorem Ecclesiæ, dicitur librum illum fuisse dulcem: postea tamen amaricatus est, quia Iustinianus in hæresim
Aphtardocitarum, seu dicētium (corpus Christi, etiam ante passionem immortale fuisse) incidit, & Ecclesiam ad suam sententiam trahere conatus est. cap. 10.
Et quia Felix primus, Ecclesias martyribus cōsecrauit, Ioannes Angelum metiētem templum introducit (scribunt enim Pontifices Græcum alphabetum in
consecratione templorum: prius illa circundando extra, & intra postea ab angulo in angulum passibus metiendo) & post hoc tēpus Eutichiani, seu gentes cal-
cauerunt Ecclesiam Dei per 42. menses. Duo candelabra & oliuæ, sunt Syluerius & Mena, qui pro fide persequutiones sustinuerunt, vt Ecclesiam defenderent,
habueruntq. potestatem claudēdi cælum, seu excommunicandi, bestia tamen ascēdens de abysso illos occidit. cap. 11. Quam persequutionem sequuta est alia,
per Totilam Regem Gothorum in Italia, qui multos Christianos interfecit, & presbyteros relegauit, quod est secundum Væ, ab Angelo prædictum.
Septimus Angelus fuit Narses Dux Romanorum, quem Iustinianus imperator missit, ad expellendum ex Italia Totilam Regem, quo relegato Ecclesia Romana
seu regnum Christi & 24. seniores seu Episcopi, ceciderunt in facies suas, & adorauerunt Deum, & quia Longobardi irati contra Ecclesiam fugati sunt à Ca-
rolo Magno: ideo templum Dei dicitur apertum & arca testamenti (qui est Christus) visa, factaq. sunt fulgura miraculorum & prædicationis voces.

TErtia visio, declarat tertium Ecclesiæ statum a Phoca imperatore, qui Mauritium cum vxore & filiis interfecit, coram se, dicente Mauritio (qui beatum Pontifice in Gregorium prosequutus fuerat maximo odio, & minis mortis) Iustus es Domine & rectum iudicium tuum) ab hoc inquam Phoca vsque ad Constantinum, quem Irene mater sua excæcauit (cuius tempore Græcorum imperium translatum est in Germanos, & primum in Carolum Magnum. sub quo Ecclesia passa est persequutionem draconis, seu Cosdroe & bestiæ Maumethi) solo aduertendo notantur.

Primum, ostendit Ecclesiam, amictam Sole seu Christo, & sub pedibus habentem Lunam, seu mutabilitatem rerum, fugere impetum Cosdroe Regis Persarum, & sic ab Asia in Græciam & Constantinopolim pergebat, vbi habebat in vtero Eraclium imperatorem, quem draco Cosdroe (habens septem capita, seu multa regna & decem cornua, seu multos exercitus) voluit occidere, sed mox facto prælio inter Angelum bonum & malum, reportauit Eraclius seu Angelus bonus victoriã, & Michael vicit draconem & proiectus est draco in terram suam, quia Cosdroe fuit debellatus: postea audita est vox victoriæ in tota Ecclesia cap. 12.

Secundum, fuit pugna, quam habuit Cosdroe cum Eraclio, & ille vicit Cosdroem, qui semen Ecclesiæ seu Christianos vbicunque existentes persequebatur, hoc enim significat flumen emissum a dracone post mulierem, quod flumen absorbuit terra, seu potestas Eraclij, qui Ecclesiam iuuabat. 12. cap.

Tertium, est bellum à Syro filio Cosdroe contra Eraclium motum, vbi postquam pugnatum est vtrinque fortiter singulari certamine, inter Eraclium & Syrum inito, victus est Syrus, qui a patre fuerat missus & captus est ab Eraclio, & ipse est draco. quem Ioannes describit in principio cap. 13. quam bestiam adorauerunt, qui non habebant scripta nomina in libro vitæ agni, qui occisus est ab origine mundi, bestia enim hęc pugnabat cum sanctis, & blasphemabat Deum cæli.

Quartum, est finis belli inter Eraclium & Cosdroem, quia captiuus ductus est Cosdroa, ab Eraclio & occissus.

Quintum, est lapsus Eraclij in hęresim monothelitarum asserentium vnam solam esse in Christo operationem, cum Sergio Patriarcha Constantinopolitano, cui post mutatam religionem diminutę sunt vires, & eo tempore sub Eraclio insurrexit princeps, quidam Arabũ nomine Mahumetes, sectę perfide inuentor, qui cũ gẽte sua barbara, ita Persas exagitauit, vt regno eorum, quibus antea fuit subditus, vt Dominus potiretur, & hic est bestia, qui habebat cornua duo similia agni, quales fuerunt Sergius monachus Nestorianus, & quidam alius Talmudista Iudæus, qui miracula fieri à Mahumete asserebant, loquebatur ille sicut draco Cosdroe contra Ecclesiam, & seduxit habitantes in terra, occidebat non obedientes sibi, & fecit omnes habere caracherẽ bestiæ, seu doctrinam suam: numerus durationis sectæ huius, non ab eo, sed ab instauratione & abreuiatione Alcorani desumitur, annus, nempe 666. cap. 13.

Sextum, est coronatio martyrum circa annum Domini sexcentesimum trigesimum sextum, quando Sarraceni infestarunt Syriam, & captis Damasco, Fenice & Aegypto, Hierusalem post bienij obsidionem expugnant, & cœnobitas impietati eorum non subscribentes trucidant, Africam etiam cultui Christiano deditam subiiciunt, & multos interficiunt sanctos: inde Ioannes eorum faciens mentionem, agnum stantem supra montem Sion siue Ecclesiam dicit, & cum eo adstantes centum & quadraginta millia, qui cum mulieribus seu fornicariis gentibus & Mauris non sunt coinquinati, sed sequuti sunt agnum. cap. 14.

Septimum, est conuersio magna, & memorabilis, facta per Bonifacium Archiepiscopum Moguntinum, qui relegatus à Gregorio II. I. Papa, prædicauit in Babaria, Turingia, & Frisia, & aliis Germaniæ locis Christum, & innumerabiles ad fidem conuertit, figuratus est per Angelum volantem per medium cælum, habentem Euangelium æternum. cap. 14.

Octauum, est Græcorum deprauatio, primo enim, defecerunt à Romana Ecclesia, imperatores Constantinopolitani hæretica infecti peste, nec tamen omnino repudiati sunt ab Ecclesia, licet Papa Martinus dictus Tudertinus, imperium Babylonis, seu Constantinopolis ora dixerit castrum: tempore tamen Philippici, circa annum Domini 712, ibidem imperantis, & volentis omnino imagines auferre, repudiati sunt Græci a Constantino Papa, & sic dicit Ioannes, quod qui adorauerit bestiam illam, & eius sequutus fuerit doctrinam, bibet de vino iræ Dei, & fumus tormentorum ascendet in secula. In patientia autem eorum, qui mandata Dei & fidem Iesu obseruant, denotatur profectus insignis monasticæ vitæ, hoc tempore circa annum Domini 715. quando inter alios innumerabiles homines, Coheret & Ophra Reges Anglorũ, Carolus Magnus frater Pipini, Ildericus Rex Francorum, & Rachis Longobardorum Rex cum vxore & filiis, vitam elegerũt monasticam: & sic beati sunt qui in domino moriuntur mundo. Sub nube candida, & super nubem sedentem similem filio hominis, intelligitur translatio Regni Francorum ab Ilderico in monasterium, ob pigritiam & inertiam detruso, ad Pipinum Caroli Marteli inuictissimi Principis filium, concessione Romani Pontificis, qui consultus a Gallis, cui deberetur regnum, inerti, nempe & desidioso an substinẽti pondus & recte gubernãti? huic postremo adiudicauit. cap. 14. Alius vero Angelus clamans in templo, ad sedentem super nubẽ, est Stephanus Papa, qui contra Regem Longobardorum Romam infestantem, auxilium petiturus, in Galliam concessit: & Regis Pipini auxilio restituta est Roma Põtifici, & omnia quæ in aliis bellis substulerant Longobardi. Alius etiam Angelus exiuit de templo Ecclesiæ, Carolus nempe Magnus (sic propter insignes victorias dictus) qui fratri Carolo Manno filio etiam Pipini successit: & hic est qui habuit falcem acutam ad præscindendas hæreses, & profligandos inimicos, vt illi contigit, quando Adrianus Pontifex a Desiderio Longobardorum Rege, & Aistulphi filio, redactus in maximas angustias, petens a Carolo Magno auxilium, Desiderium Regem inclusit Papię, & ciuitate capta ipsum in Galliam relegauit, vbi finiuit Longobardorum regnum.

QVarta visio, incipit a Carolo Magno, primo Germanorum imperatore, vsque ad Heinricum quartum imperatorem, in quo tempore Ecclesia fuit, sub quibusdam plagis & phialis iracundiæ Dei plenis, ratione multiplicis schismatis, & quorũdam aduersariorum, siue ad restaurationem vsque ciuitatis Hierusalem, & continet notabilia decem.

Primũ, visionẽ 7. Angelorũ, seu prædicatorũ, qui plagas Dei iudicio decretas executuri sunt, sub nomine Caroli Magni cũ exercitu suo designat: stant ipsi super mare vitreum, seu super baptismatis fontem, zelo fidei, habentes citharas Dei, seu sanctorũ consolationes, & canticũ Moysi, & agni Christi Deum laudando. cap. 15.

Secundum, ostendit præparationem ad effusionem plagarum, ibi apertum est tabernaculum testimonij in cælo, & exierunt de templo septem Angeli. Vnum de quatuor animalibus, qui est diuus Lucas, seu Euangelistis, qui mundo plagas multas obtenturas prædixit. cap. 21. dedit septem phialas, seu tribulationes, quæ non poterant cessare donec consummarentur: ideo licet templum fumo orationum sanctorum esset repletum, nemo tamen poterat illud ingredi, quia sic a Deo decretum erat. Inde sequuntur [illegible]

Liber Prophetalis noui testamẽti qui prophetalibus veteris correspõdet, dicitur Apocalypsis, seu reuelatio, a Deo humanitati facta, et à Christo Ioanni, in Insula Pathmos, & à Ioãne ipsi Ecclesiæ, diuiditur in

Tertium notabile, vindictam aduertit, quam Carolus Magnus sumpsit de Romanis, ob iniuriam factam Leoni Pontifici, & sic tertius Angelus effudit phialam super flumina & fontes malitiæ, & impietatis præteritæ, quam authores ad capiendum Pontificem habuerunt, & quia ipsimet Romani voluerunt ipsum ad suum imperium adscire, ideo confessionem eorum dicentium: Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum, traddit. cap. 16.

Sextum notabile, rebellationem Crescẽtij Patricij Romani declarat, sub nomine quinti Angeli, regnãte Othone tertio, deiecit enim iste Crescentius Gregorium quintum Pontificem, & Antipapam ei substituit, vnde multi Romani nomen Dei blasphemauerunt & turbata est secularis & Ecclesiastica potestas. cap. 16.

Septimum notabile, exprimit sub nomine quinti Angeli vltionem prædictę rebellationis, per Othonem imperatorem desumptam: iste enim super sedem, seu super Crescentij consulatum tyrannicum, effudit phialam, quia cõprehendit & trucidauit eum, vehi tamẽ primo per totam Romæ vrbẽ auersũ asino impositum iussit, & ita factum est regnum eius tenebrosum.

Octauum notabile, sub nomine sexti Angeli, declarat libertatem Ecclesiasticorum, per Gregorium Pontificem septimum habitam, qui siccauit aquam potestatis secularis, ne aliquando inuestiant dignitatibus Ecclesiasticis ipsos clericos, vt præparetur via regibus Ecclesiasticis: ipse enim Papa omnino, Ecclesiasticos a potestate seculari liberauit. cap. 16. & a concubinis & vitiis, quibus detinebantur expediri iussit.

Nonum notabile, singularem Sarracenorum persequutionem in Ecclesiam Christianam, sub figura trium immundorum spirituum, in modum ranarum prodeuntium exprimit, ab ore enim draconis, Regis nempe Persarum, bestiæ quoque Sultani Babylonis, & pseudoprophetę collegij Mahometani, exierunt adiutores contra populum Christianum, quando imperium Sarracenorum in Antiochiam & Asiam minorem est extẽsum. Beatus (inquit Ioannes) qui retinet fidem, quia collocabitur in Mageddon, seu loco resurrectionis. cap 16.

Decimum notabile, restitutionem pacis Ecclesię, per Vrbanum Papam, sub imagine septimi Angeli explicat, Vrbanus enim tempore Alexij imperatoris Bullam cruciatæ concessit, euntibus contra Sarracenos, qui affligebant iuxta Constantinopolim Christianos, quo tanta confluxit Christianorũ copia, & tantas in Mauros strages fecere, vt Babylon, siue Sarracenismus, nimis fuerit labefactatus, & blasphemauit prę angustiis nomen Dei: hęc sunt fulgura, voces, commotio magna, terremotus & tonitrua, & quia Christiani per Vngariam, Sclauoniam & Apuliam, profecti sunt Constantinopolim, ideo ciuitas dicitur diuisa in tres potestates.

QVinta visio, statum quintum Ecclesiæ narrat, ab Heinrico prædicto, siue restauratione Hierusalem vsq. ad tempora Antichristi, in quibus Ecclesia de Babylone muliere meretrice, quandoq. victoriam reportauit, quandoq. succubuit, cõtinet viginti prophetias.

Prima prophetia, declarat impietatem Sarracenicę sectæ, ostẽdendo eam sub nomine magnæ meretricis fuisse damnatã, quę sedet super aquas multas, quia multas continet gẽtes, cum ea sunt fornicati Reges seu homines terreni, qui ei assenserunt: Sedet meretrix super bestiam, diabolum nempe sanguineum, habet bestia capita septem, Reges nempe impios contra Ecclesiam pugnantes. Bestia quoq. habet decem cornua, contra Ecclesiam, Regnum scilicet Ægiptiorum, Istaelitarum carnalium, Babiloniorum, Persarum, Medorum, Macedonum, Romanorum, & Antichristi. Et quia Macedonũ Regnũ, diuisum est post Alexandrum, in quatuor Regna, ideo dicuntur decem cornua. Circundatur mulier purpura coccinea, quia est sanguinolenta: ornatur auro, lapide precioso, & margaritis, quia habet Ecclesia quendam virtutum ornatum. Habet in manu poculum aureũ, abominatione, & fornicatione plenum, quæ sunt fructus illius legis: in fronte habet scriptum Babylon magna, quia est in ea lege magna confusio, & est mater fornicationis, & abominationis terrę: ebria quoq. est sanguine sanctorũ, & martyrum, quos fecit superioribus temporibus. cap. 17.

Secunda Prophetia, tractat vindictam, quam habuit Deus de impia Sarrecenorum secta, quia anno Domini 1095. missus est a summo Põtificę, sub nomine Angeli descendentis de cœlo, & illuminantis terram, Adimarus Episcopus Podiensis, qui sæpe debellauit mauros, ex quo bello Hierusalem, & Antiochia, pleraq. etiam oppida Christianorũ potestati anteriori, in Syria restituta sunt, ideo dicitur, quia cecidit Babylon magna cap. 18. in principio.

Tertia prophetia, aduertit tres causas punitionis talis sectæ, propter homicidium nempe, & malitiam quam habet, ibi, Reddite illi sicuti reddidit vobis: propter luxuriam, ibi, quantum se glorificauit in delitiis, tantũ date illi tormentorum, & propter superbiam, ibi, Sedeo Regina. &c.. cap. 18.

Quarta Prophetia, tristitiam eorum exprimit, qui viderunt supra muros Hierusalem ardentem picem, & idibus Iulij, in sexta feria occupari, & capi, prius tamen communi decreto ciuitatem nudis circumiere Christiani pedibus, & ita cecidit Babylon, & multitudo gentium cap. 18.

Quinta Prophetia, exarat gaudium bonorũ quatenus cœli, sancti scilicet & Prophetæ, lætati sunt de victoria & præmio Christianorũ: & in hac, & in præcedẽti prophetia, intelliguntur mystice vltio malorum, & bonorum præmiũ cap. 18.

Sexta Prophetia, describit conflictũ Gothofredi Regis Hierosolymitanorum, cũ Sultano Ægyptio, quem cum toto suo exercitu, eo adegit, vt se plures in mare præcipites darent, quo facto destituti sunt Sarraceni musico concentu, priuati etiam sunt luce, & cõmercio humano, quia mortui sunt. cap. 18.

Septima Prophetia, explicat triumphũ Christianorũ dicentium in Ecclesia, & cœlo Alleluya, & viginti quatuor seniorum, seu Episcoporum, qui laudarũt Deũ per vniuersum orbem, cum maxima lætitia, & gaudio.

Octaua Prophetia, congratulationem eorũ Christianorum, qui in Syria remanserunt indicat, qui expectantes Turcicum exercitũ, & non adueniendo, maxima sunt affecti lætitia, & cum tubis, & vocibus magnis Deũ laudarunt, quia venerunt nuptiæ agni in illis terris, vbi antea offendebatur. cap. 19.

Nona Prophetia, congratulationẽ Ioannis Apostoli, ipsi Angelo, qui bonum afferebat nuntium, de libertate Ecclesiæ signat, & cum ante pedes eius ruit, prohibetur ab Angelo ne id faciat, quia conseruus est. cap. 19.

Decima Prophetia, successum secundi Regis Hierosolymitanorũ, Balduini nempe significat, nam ipse fidelis, & verax in fide, habebat oculos igneos pietatis zelo, diademata etiam, in capite, hoc est victorias; vestitus erat veste aspersa, sanguine nempe Sarracenorum, sequebantur eum exercitus cœli, seu religiones Theutonicorũ, & Tẽplariorũ in equis albis, seu iustitia, & sanctitate, & quia Regnũ Hierosolymitanũ florebat inter alia, dicebatur Dominus dominantiu, hæc omnia intelliguntur de Christo mystice. cap. 19.

Vndecima Prophetia, vaticiniũ Patriarchæ Hierosolymitani euulgat, a demone enim responso accepto Sarraceni, quod ciuitatẽ Hierusalẽ cito caperẽt, tanta cõuenit eorũ multitudo ad destruendũ sepulchrũ, & proiiciendã crucem in mare, iussu eiusdẽ Demonis, quanta vix vnquam inter mauros visa est, Patriarcha vero Hierosolymitanus, e contra, Christianos ipsos animando dicit, tantã stragem in Sarracenos facturos, quod aues cœli saturabuntur carnibus, Regũ tribunorũ, fortiũ, & equorum cap. 19.

...ſtatio ...n.

Duodecima Prophetia, victoriã Regis Balduini, cõtra Turcã patefacit, cũ enim Balduinus multas Sarracenorũ ſtrages feciſſet, in quodã prælio deturbatur, & exer-
citus eius capitur, & Sarraceni, vſq. ad obſidionẽ Hieruſalẽ, ea victoria inſolentiores facti peruenıũt, vbi exiſtentes intra ciuitatẽ Chriſtiani vſq. ad tria millia,
indicto prius ieiunio exẽplo Niniuitarũ, ſigno crucis ſignati exeunt, & Sarracenos fugant, ſeptẽ millia occidunt gladio, & quinq. millia in aquis ſubmerſi ſunt.
capite.19.
Decimatertia Prophetia, notam facit concordiam, inter ſummos Pontifices, & Imperatores, iſti enim dignitates Eccleſiaſticas, per virgã, & anulum ab eis miſſa
conferri debere aſſerebant, Pontifices vero electione facta per clerũ contendebant: quam auctoritatẽ Henricus quintus, vltro Romam veniens, his renuntiauit
verbis, circa annum 1122. Ego Heinricus Dei gratia, Romanorum Imperator, pro amore Dei, & ſanctæ Romanæ Eccleſię, & domini Papæ Calixti, & pro remedio
animę meæ, Deo, & ſanctis eius Apoſtolis Petro, & Paulo, & domino Calixto Papæ, ſanctæq. Romanę Eccleſiæ dimitto omnem inueſtituram, per annulum, & ba
culum, & concedo in omnibus Eccleſiis fieri liberam electionem, & conſecrationem. Quam concordiam præuidens Ioannes, ait vidi Angelum deſcendentem
de cœlo, & habentem clauem abyſsi Calixtum nempe Pontificem, qui habebat cathenam prælatorum, ſeu regimen eorum in manu, & peruerſum morem prę-
dictum, per Diabolum introductum, ligauit per mille annos, ſeu in ſempiternum, donec mundus duret. cap.20.
Decimaquarta Prophetia, manifeſtat pacẽ firmatã inter imperiũ, & ſummũ ſacerdotiũ, tẽpore Lotharij prædicti Heinrici ſucceſſoris, & Innocẽtij Papę, anno Do-
mini 1133. Pulſo ab Imperatore Petro, Leonis Antipapa, & ita a Pontifice Innocentio coronato Imperatore, citius eius ope fuit reſtitutus, cap.20. ibi. Sederunt
ſuper ſedes, & iuditium datum eſt illis.
Decimaquinta Prophetia, grauiſsimã Saladini, circa annum Domini 1186. Perſecutionẽ in Hieruſalem, & aliis ciuitatibus ab eo captis, factam aperit ipſe enim in-
numerabiles interfecit Chriſtianos, qui decollati ſeu occiſi ſunt, propter nomen Ieſu, cap.20.
Decimaſexta Prophetia, palam facit reſtitutionẽ prædictæ deſolationis, quatenus circa annũ Domini.1207. Maxima Chriſtianorũ Principum ſignatorũ cruce mul
titudo, in auxiliũ Chriſtianorum, in Hieruſalẽ exiſtentium confluxit, & reſtaurata eſt ciuitas, bona etiã a Chriſtianis ablata, ſunt reſtituta, & Sarraceni interfe-
cti, & ſic illi qui non adorauerunt beſtiã, Regẽ ſcilicet Ægipti, nec acceperunt characterẽ Mahometicũ, ſeu eius doctrinã, regnauerunt & vixerũt cũ Chriſto. c.20.
Decimaſeptima Prophetia, innuit diſsidium, quod anno Domini. 1239. ortum eſt, inter Imperatorẽ Federicum, & ſummũ Pontificem, quo durante a Federico II.
Imperatore, duo Cardinales cum multis aliis prælatis, ad conciliũ ad Pontificẽ dictũ proficiſcẽtes, Piſis capti ſunt, & cum Federicus nollet ſe emendare in Lug
dunenſi concilio, per Innocentium Papam depoſitus eſt ab Imperio, quo tẽpore mortui ſunt ſpiritualiter ſchiſmatici. cap.20.
Decimaoctaua Prophetia, propalat reſurrectionẽ primã, ſpiritus nempe, qui vitiis erat deditus. Mundus enim tẽpore D. Frãciſci, & ſancti Dominici mortuus erat
maximis peccatis, quem quia ad Deum, ſancti illi, & ſucceſſores eorum traxerunt, dicitur, quod ſecunda mors non habet poteſtatẽ, mittendi homines in infer-
num, & erunt Sacerdotes Dei, & Chriſtiani, qui regnibunt cum Deo mille annis, cap.20.
Decimanona Prophetia. Antichriſti perſecutionẽ aditruit per Gog, & Magog, ſeu Diaboli ſucceſſores, & ſequaces, qui multiplicati ſuper arenam maris: Eccleſiã
Chriſti, & iuſtos in ea exiſtentes, perſequentur, poſtea tamen veniet ignis de cœlo, qui omnes malos comburet. cap.20.
Vigeſima Prophetia, inſinuat diẽ extremi iudicij, & ſuper thronum ſeſſurum Dominum, a cuius conſpectu ignis fugit, vt Ioãnes dicit, ibi iudicabuntur magni, & pu-
ſilli, conſcientiarum etiã & memorię Dei ſeu libri vitæ aperientur, ita vt iudex æternus ſenteñtiã ferat, cętus omnis populi adſtet, propria conſcientia accuſet,
teſtis ſit ſacra ſcriptura, quæ eſt ibi liber apertus, concludat, & confirmet ſententiam cuiuſlibet conſcientia, & diuina præſcientia.

De reuelationibus largo modo & extẽſe.

SExta viſio, vltimum Eccleſiæ ſtatum, poſt iudicium in Sabbatho futuro & gloria electorum aperit, vbi primo innouatıonẽ elementorum, hominum quoq. ele
ctorum, & vniuerſorum nouitatẽ oſtendit; diſtributionẽ quoq. piæ miſericordiæ aduertit, ibi. Ego ſitienti dabo, &c. Deinde ciuitatẽ Hieruſalem, ſeu Eccleſiã
triumphantem commendat, a ſitu ſuperiori, ibi. Et ſubſtulit me in ſpiritu. Ab ornatu, & pulchritudine, quia habet claritatem Dei: Ab aditu, & ingreſſu, quia ha
bebat murum, & portas A robore fundamenti, & intro ciuitatis, &c. A materiæ nobilitate, & præſtantia. Ipſa vero ciuitas aurum. A forma cathedrorum. Et pla-
teæ ciuitatis aurum. A directore, quæ eſt claritas Dei, quia ciuitas non eget ſole. A legibus & moribus, quia portę eius non claudentur. cap.21. A victus ratio-
ne, quæ conſiſtit in potu ſpirituali, & cibo cœleſti. Ab actione quoque, & exercitio eam inhabitantium. cap.22.

Epilogum

In Epilogo, oſtendit D. Ioannes authoritatem ſui libri, dicẽdo; Hæc verba fideliſsima ſunt. Perſpicuitatem demonſtrat, in quibuſdam in eis contẽtis. Et dixit mihi, &c. Digni-
tatem manifeſtat ibi: Ego ſum Alpha, & Omega. Vtilitatem ibi aduertit. Beati qui lauant ſtolas, &c. Amabilitatem ſignificat, quia miſsi ſunt declarãtes eam ab amantiſsimo
Ieſu. Summã repreſentat, quia eſt chronus, & ſumma totius ſcripturæ explicitio. Quam nos de Eccleſia interpretati ſumus, licet aliis diuerſis ſenſibus poſsit declarari,
plura enim in hoc libro, & in aliis veteris, & noui teſtamenti continentur myſteria, quam verba. Quæ nos conſulto omittimus, putantes non parum iuſſe, viam ignoranti-
bus aperire, & doctioribus anſam præbere, vt noſtris (quæ deſunt) ſcriptis, addant. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis. Amen.

Epilogus totius diuinæ ſcripturæ, iuxta ſeptem eius principales partes, oſtendens quid in qualibet earum contineatur.

SEPTEM Pręcipuas habet totus Biblicus contextus partes, quibus diuinorum notitia, hominibus cõmunicatur. Prima enim ea, continet, quę ſub Patribus & Patriarchis, ab orbe condito acciderunt: de quibus in Geneſi, & in primo libro Paralipomenon agitur, Ioſephus quoq. ab initio libri primi antiquitatum, vſq. ad cap.6. lib.2. aduertit. Secũda, ea quę ſub Moyſe & Ioſue, aliiſq; tredecim Iudicibus Iſrael, acta ſunt, in Exodo, ... quidam propitia ... Quinta vero reditus Iudæorũ ex Babylone, & quæ illis & ducibus ſuis, ſub regibus Perſarum Aegypti & Syriæ acciderunt (quorũ multa a prophetis ſuis vaticinata ſunt) in libris Eſdræ, Nehemiæ, Machabeorum, & Iudith narrat, quæ Ioſephus in 11. lib. vſque ad caput 18. lib.13. recenſet. Idem etiam a prædicto capite & libro, vſq. in finẽ, ea quæ ſexta pars Bibliæ, per ſuos Prophetas, de Iudæorum ſtatu, ſub Regibus alienigenis (quando apropinquante aduentu Meſſiæ, ſceptrum ablatum eſt, acciderunt) demonſtrat. Ex quibus nos ſatis aperte, has ſex partes Bibliæ cum ſeptima, quæ eſt nouum teſtamentum cõferendo, intulimus Chriſtum Ieſum finem & conſummatorem legis Moſaycæ fuiſſe, eundemq; Deum, hominem factũ adoramus, quod eſt præcipuũ Euangelij caput, vt Chriſoſt. in epiſtolã priorẽ ad Corinthios c. 15. in hom.38. confitetur, cũ quo & Ioanne Apoc.22. Alpha & Omega, primum & nouiſſimum, principiũ & finem cognoſcimus. Eſt enim Alpha, & Omega, quia omnis ſapiẽtia, tam diuina & ſempiterna, quam ſenſibilis, & humana, per naturam, gratiam & gloriam, qua omnia cognouit, in eo fuit. Primus etiã, & nouiſsimus, quia ante omne ſeculum, fuit in principio Verbum apud Deum, qui omnia condidit, & erit ſine fine iudex omnibus retribuens, eſt quoque principium cuncta conſeruans, & tanquam finis omnia perficiens, quem fides, ſpes, & charitas noſtra reſpiciunt. Et ſi in dilectione Dei & proximi, plenitudo legis conſiſtit, ipſe proximus, & Deus noſter eſt, frater quoque & Dñs, Rex & amicus, verbum increatum & incarnatum, formator & reformator, ſummus etiam hierarcha, qui ſacroſanctam eccleſiam ſponſam ſuam, vt via purgat, vt veritas illuminat, & vt vita perficit, quem tota reſpicit ſacra ſcriptura, per quam purgari a vitiis, illuminari in ſcientiis, & perfici in virtutibus docemur, ſecundum triplicem legem in ea traditam, naturæ nempe ſcripturæ, & gratiæ, vel potius ſecundum legem Moſaycam purgantẽ, reuelationem propheticam illuſtrantem, & traditionem Euangelicam perficientem, & hoc ſecundum triplicem ſpiritualem intelligentiam, ſcilicet tropologicam, quæ ad honeſtatem vitæ purgat, allegoricam, quæ ad claritatẽ intelligentiæ illuminat, & anagogicam, quæ per exceſus mentales, & ſuauiſsimas perceptiones ſapientiæ perficit: quibus gradibus aſcẽdit ſponſa ad dilectum ſuum, in quo requieſcit in pace, de cuius admiranda pulchritudine, & ornatu, non pauca in ſequentibus tractatibus, circa tres alios ſenſus, promittimus. Qui illis maximopere cõducent, qui patrẽ hominibus promittentẽ in antiquo teſtamento filium, & in nouo tradentẽ, per veras cõditiones Meſię a Prophetis tactas, aduertunt: quod ſatis perſpicuè in Euãgeliorũ expoſitione tetigimus, vbi, & in toto decurſu expoſitionis & methodi noſtræ, videbis Chriſtũ figuris pręſagiri, exemplis demonſtrari, ſapientialibus documẽtis edoceri, & diuinis oraculis Prophetari, & totam figuralem legem, per quatuor partes, cũ nouo teſtamento mirabiliter concordare. Ex quo intellectus noſter, quatuor pręcipuas ſapientię claues percipit, notitiam nempe verbi increati, per quod omnia creantur, intelligentiam verbi incarnati, per quod omnia reparantur, lumen verbi inſpirati, per quod omnia reuelantur, & præmium verbi glorificati, per quod omnia finem attingunt, vt his quatuor clauibus diuinę ſapientię domum ſuauiter aperiamus, & Chriſtum verum Deum & hominem, in ſecula ſeculorum adoremus. Amen.

Authores ex quibus, methodus iſta, extracta eſt.

REſtat, in extrema noſtri diſcurſus parte, vt Lectori, authores tanti operis indicemus, vt quod in noſtra methodo, minus intellexerit, in fontibus, a quibus hęc hauſta ſunt percipiat. Videat ergo in primis Hieronymum, & Rabanum, Hugonem de ſancto Victore & Ioannem Driedonem, Sanctes Pagninum, & Rupertum Abbatem, Nicolaum Lyranum, & Irineum, Thomam Aquinatem, & Caietanum, Gloſſam ordinariã, & Oecumeniũ, Auguſtinum & Athanaſiũ, Ambroſiũ, & Cyrillum, Dionyſium Areopagitam, & Celium Panonium, Epiphanium, & Franciſcum Ruytium, Iunilium, & Tyconium Alexandrinum, Melchiorem Cano, & Vincentium Lyrinenſem, Theophilatum, & Ioannem Damaſcenum, Ioſephum Iudęum, & Iſidorum, Lactantium, & Cyprianum, Gothfredum Vitei bienſem, & Ioannẽ Racinum. Inter hos tamẽ venerabilis Bedę lectionem diligenter obſeruaui, Euthimium colui, Victorinum legi, Georgium Ederum animaduerti, Iacobum Fabrum Stapulẽſem luſtraui Petrum Aureolũ perlegi, Iacobum Perez veneratus ſum, Cornelium Ianſenium ſcrutatus fui, Ludouicus Carauajal multum adiuuit, Bartholomæus, Carrança profuit, Laurentius a Villauicentio direxit, Michael Medina, & Petrus Caniſius, Albertus Magnus, & Bernardus, Chriſoſtomus etiam lumen præbuit, quos cum Amonio Alexandrino, Turrecremata, Gelaſio & Feliciano, legendos hortor. Iuniores vero authores (quia vulgo circũferuntur) omitto, gratiam tamen a Deo, veniam a ſapientibus, & correctionem a ſacroſancta Romana Eccleſia (cui hæc, & omnia mea ſubiiciuntur) humiliter peto.

CÆSARAVGVSTÆ. CVM LICENTIA, ET PRIVILEGIO

Apud Laurentium Robles Regni Aragonum, & vniuerſitatis Typographum 1597.